



02/20

1111



00
 2
 3
 4
 5

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

Ph. VI
 24. 31



M. d. 17

**COMPEN-
DIVM DIALECTICES
PRAECIPVA RVDIMEN-
TA CONTINENS,**

AVTORE

Godescalco Praxtorio.

MAGDEBURGAE

Excudebat Michael Lottherus,

Anno 1555. Mense Aprili.

*Nota non petenda contra
tres leges Aristotelis
kata pantas καθ' αὐτό, καθ'
ὅλην τὴν φιλοσοφίαν
Brunsvicæ*



AB 40

30/

i 12

L57



NOBILI VIRO ALBERTO DE SCHVLEN-
BURG GODESCALCVS
PRAETORIVS,

S. D.

MVLTAE MAGNAEQVE RES
sunt, quæ ad ciuilem societatem
recte beateq; continendam requi-
runtur. Vt autem cæteras omittamus, il-
lud equidem omni dubitatione maius
est, quod studiorum puerilium, quæ in
artium cognitione consistunt, magno-
pore necessarius inuita sit usus. Primum
quidem linguam sermonisq; rationem
informant, qua in re magna est dignitas,
splendor & amplitudo. Nam cum dicen-
di ratio perinde ut peculium humano
generi data sit, nimium præter humani-
tatem illi faciunt, qui ad eius culturam
nihil operæ conferendum arbitrantur.
Quan. uero insigne ornamentum sit
mediocris dicendi facultas, satis intelli-
gunt ij, quibus in congressu hominum ac
deliberationibus quotidianæ, familia-
resq; sunt conuersationes. Ea de re pa-
trum memoria. Gram Herculis apud

A 2

Cel

Celtas fuisse proditum est, ubi ex Herois
illius lingua dependebat aurea catena,
quæ ad aures circumstantium pertinge-
bat, ita ut alligarentur, ac ultro citroq; se-
querentur, quocunq; ab Heroe trahebantur.
Nec unica tantum hæc studiorum
puerilium utilitas est, sed insuper etiam
ad reliquas quoq; facultates, quæ maio-
res sunt & quibus humana societas care-
re non potest, aditum præclare patefaci-
unt. Nam si Grammaticæ, ut de illis dicã,
non essent institutiones, quis autorum
perciperet scripta? Imo uero sicut infan-
tes uocem audiunt, uim uero nõ uident,
ita uersantur in omni genere scriptorũ,
qui primis illis elementis artium dicendi
non sunt imbuti. Itaq; sapienter admo-
dum a Cræso dictum uideri mihi solet,
quod apud Xenophontem Cyro respon-
det. Nam cum Cyrus Sardiorum bona
militibus diripienda cõcessurus esset, de-
hortatur Cræsus grauisima oratione, ac
inter cætera, si id feceris, inquit, καὶ αἱ τέχ-
ναι σοι, ἃς πηγὰς φασὶ τῶν καλῶν εἶναι,
διεφθαρμύα ἔσουσι. Etsi uero hæc ipsa
copiosa admodum sunt, tamen cum alijs
locis magis conuenienter admittendum
non

non est, ut nimium nobis hic licentiæ
sumamus.

¹¹ Quoniam autem nunc de Dialecti-
ca negocium est, res ipsa postulat admo-
neri, utrum sit ars digna, in quam operæ
non nihil temporisq; collocetur. Ac pri-
mum quidem, cum in ordine studiorum
puerilium locum habeat, quid aliud iu-
dicari potest, quam quod communem
eorum rationem in usu sequatur? Insu-
per autem præ cæteris hoc decus quasi
proprium atq; genuinum habet, quod in
differendo sola uiam ac ordinem com-
modissime res explicantem demonstrat.
Hoc uero loco consideratione dignum
est, quam eximia, quamq; necessaria uir-
tus sit in communi uita, dextre ac perspi-
cue de re proposita rudiores docere.
Quod si per omnes facultates peruagari,
earumq; modum ac rationem confide-
rare liber, quid aliud, quam perpetuum
docend. contextum uidemus? Tam est
omnibus commune docere, quam Soli
stellisq; lucere, quam igni calefacere, quã
deniq; homini elementorum compo-
sitione constare. Imo uero necesse est pro-
fessionum, artiumq; nomen eas amittere,

si uel terminos hos prætergrediantur,
uel in isto officio cessent. Ac habet in-
stitutio, nisi fallor, magnam cum humani
generis propagatione similitudinē atq;
cognitionem. Nam sicut humanum ge-
nus perpetuo propagandum ita subin-
de docendum est, sicut species, sine am-
plificatione, ita noticia Dei, legum & ar-
tium sine doctrina conseruari nulla rati-
one potest. Itaq; recte dictum a nonnullis
est, ideo uinculo societatis homines coi-
re, ut alios alij de religione cæterisq; ad
uitam rebus docere queant.

Magna uero uis est in bonis bono-
rum testimonijs, quæ hic quoq; non con-
temnenda concurrunt. Paulus Apосто-
lus cum Timotheum instruit, talem eum
uult esse, qui possit *ὀρθοτομῆν τὸν λόγον
τῆς ἀληθείας*. Hoc sane quid aliud est,
quam uel Methodice per partes aut capi-
ta, id quod Dialecticorum est, de re disse-
rere, uel alioqui, quæ diuersa uidentur,
suo modo distinguere: Plato Rempub-
licam informans legem ferendam cen-
set, qua Dialectices cognitio præcipia-
tur. Eius uero uiri multa bene grauiterq;
in hanc sententiam dicta reperiuntur,
quorum

quorum aliquot deinceps, ac suo loco proponemus. Galenus cum alias artes tum Dialecticam ei, qui Medicinam exercere uult, necessariam putat, id quod uidere est in libris de Methodo curandi. Cicero Seruium Sulpitium insignem in iuris cognitione uirum, ea de causa præcipue commendat ac Scæuolæ antepo- nit, quod ad scientiam iuris Dialecticæ quoq; studium adiunxisset. Ex his itaq; rebus præclare efficitur hanc artem reue- ra talem esse, quæ humanæ societati quamplurima commoda præstet, ac dig- nam etiam, cuius studio temporis non- nihi tribuatur.

At aiunt nonnulli multas Dialecti- corum ineptias interdum esse, quæ de- struant magis quam ædificent. Epicu- rum scribit Diogenes hanc artem totam repudiasse, & res ipsa docet eum hac tam insigni luce caruisse. Idem Aristonem ait Dial- tiorum sermones aranearum telis comparasse, ut qui subtiles admo- dum sed inutiles essent. Graues illæ qui- dem querelæ, sed tamen ut lucem in me- ridie quærere non est opus, ita nec hic so- licite, quid respondeatur, inuestigari ne-



cesse est. Artis profecto uicium illud om-
nino non est, propterea quod fontes eius
ex naturæ riuulis, quorum autor Deus
est, promanent. Quin potius hominum
quorundam malicia fit, qui cum utiliter
uti possent, ineptiis & petulantia magis
magisque delectati fuerunt. Quod si cir-
cumspicere libet, profecto malum hoc
omnibus artibus commune est, & tamen
de rebus ipsis non ex abusu sed uero usu,
non ex formula peruersorum ingenio-
rum, sed ex ipsis dogmatum uisceribus
iudicandum est. Aristonem quidem de
abusu loqui collatio docet, quoniam ali-
bi βαθύνοντας ἐν τῇ διαλεκτικῇ reprehendit,
sic inquit, οἱ ἐν διαλεκτικῇ βαθύνοντες
εἰκόνασι καρκίνους μασσωμένοις, οἱ δὲ ὀλίγοι
τρόφιμον περὶ πολλὰ ὄσα ἀχολοῦνται. Ita
nostri homines cum spinas Dialecticas
obijciunt, ad superioris sæculi barbariem,
non ad perspicuitatem præceptionum,
quæ nostris temporibus est, respicere so-
lent. Socrates apud Platonem in Poli-
ticis disputans de Origine ineptiarum,
existimat causam esse, quod ab adole-
scentibus nondum annum trigessimum
ingressis cognoscatur & exerceatur, quod
etsi

etſi in nonnullis ualde uerſimile eſt, ta-
men non nihil ſequitur ſuas imaginatio-
nes, & ad eius temporis præceptiones ſeſe
refert. Deinde uero, ſi autorum gradus
aliqui ſunt, quid Epicurum, quid alios de
ignota re iudicantes audimus? Mouea-
mur potius aliorum iudicijs, qui ut prio-
res partes obtinent, ita rectius minusq;
calumnioſe loquuntur. Quamobrem
cum nec ex abuſu, nec ex imperitorum
ſententia pendere debeamus, facile cog-
noſcitur friuolas illas uoces eſſe ac tales,
quæ riſu magis excipi quam approbari
debent.

Atq; hæc quidem de genere negocij
dicta ſunt, quibus noſtri quoq; conſilij
ratio ſubiungenda eſt. Principio quod
ad librorum ſeriem ſeu ordinem attinet,
partium rationem, quales eæ in Dialecti-
ca traduntur, ſecuti ſumus. Deinde in
iſtis libris ſingulas partes, aut materias
per capiſtula distribuimus perinde ut in
alijs quoq; fieri ſolet. In utroq; uero ſpe-
ctatum illud eſt, quod hæc Oeconomia
cum ad intelligendi, tum recordandi
uim accommodatiſſima uideatur. Por-
ro quoad ipſa Præcepta, communem

A 5 ſchola

scholarum consuetudinem amplecti-
mur, atq; eius uestigia quasi sectamur. In
primis uero D. Philippi, quem ut com-
munem Præceptorem merito agnosci-
mus atq; fatemur, descriptiones mo-
dumq; retineo, adeo ut in uerba iurasse
uideri queam. Nam sicut ingenia si-
militudine iuuantur, ita dissimilitudi-
ne nimiaq; uarietate perturbantur. Po-
stremo quod Compendij formam insti-
tuimus, in eo puerorum, qui prima Ru-
dimenta docentur, usui consulitur. Nam
usus quotidianus manifeste declarat,
quam difficile sit rudioribus nucleos ex-
trahere, neruosq; rerum uidere. Itaq;
Erasmum Glareanus scribit artium Epi-
tomas commendasse, cæterorum uero
scriptorum mirum in modum noxias
iudicasse. Etsi uero nonnunquam & ali-
cubi addita quædam sunt, tamen non
studio nouitatis sed explicationis cuius-
dam gratia factum id est, ac sunt ea ipsa
partim a Præceptoribus accepta, partim
usu quotidiano animaduersa.

Sed obijciunt fortasse nonnulli sa-
tis in hoc genere ab alijs elaboratum, &
ob id in scriptitando operæ precium
non

non esse. Fateor equidem mihi quoque
nimiam in ea re licentiam displicere,
praesertim ubi nihil emolumentorum
accedit. Nec noua quaerimus nos nec
maiores de ponte deicimus, sed multo
magis & consentimus cum alijs & eo-
rundem scripta in usu puerorum retine-
mus, & his Rudimentis nihil aliud, nisi
aditum ad aliorum lucubrationes co-
piose scriptas patefacere cupimus. Quod
si iudices nimium seueri esse uolueri-
mus, nostris quoque hominibus parcere
quomodo possimus, non uideo, qui, etsi
maiorum uestigia uiderunt, tamen ad
publicam utilitatem ex suis etiam the-
sauris quaedam depromere uoluerunt.
Haec paucis attingenda duximus, quibus
qui contenti non sunt, liberum habent
sua sententia frui.

Vt ad te ueniam, Alberte uetus ami-
ce, cum deliberatio mihi de patrono
Comperit foret, tibi praeter caeteris hoc
officij deferendum putauit. Nam & olim
his fere Rudimentis aetatem tuam exer-
cuiisti, quod etiam non monente me me-
moria tenes. Ac ob id perperam factu-
rus eram, si, quod iam ab initio tui iuris
est,

est, ad alios temere transtuliffem. Ac-
cedit indoles tua, quam ut eximiam na-
tura finxit, ita conandum tibi est, ut
actiones donis naturæ respondeant. Il-
lud etiam monendus hic es, ut, quem ha-
ctenus animum in religione studijsq; do-
ctrinæ habuisti, deinceps firmiter obti-
neas, summaq; constantia declares.

Bene ac fœliciter uale. Magde-
burgi. Anno 1555. Ferijs
Paschalibus,

Plato

Plato Politicorum,
Lib. 7.

Ἄλλῃ δὲ δοκοῦσι μὴ δυνατοὶ τινες δοῦναί
καὶ ἀποδέξασθαι λόγον, εἰσεσθαι ποτέ τι, ὡς
φαμὴ δ᾽ ἔμ, εἰδέναι ; οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἔφη τοῦτό γε.

Paulo post.

ἢ διαλεκτικὴ μέθοδος τῶν ὄντων ἐν βορβο-
ρῶ βαρβαρικῶ τινι τῷ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατο-
ρῶν γυμνόνον ἡρέμα ἔλκει καὶ ἀνάγει ἄνω.

Paulo post.

καὶ διαλεκτικὸν καλεῖς τὸν λόγον ἐκά-
σου λαμβάνουσα τῆς οὐσίας, καὶ τὸν μὴ ἔχουσα,
καθόσον ἄρ μὴ ἔχη, λόγον αὐτῶ τε καὶ ἄλλῶ
διδόναι, κατὰ τοσοῦτον νοῦν περὶ τούτου οὐ
φῆσαι ἔχει ;

Ibidem.

νομοθετήσεις δὲ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα
τῆς παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι, ἐξ ἧς ἐρωτᾶν
τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπισημανέσασθαι οἷοι ᾗ ἔ-
σονται ; νομοθετήσω ἔφη μετὰ γε σοῦ. ἄρ οὐκ
δοκεῖ σοι, ἔφη ἐγὼ, ὡς περὶ θριγκὸς τοῖς μαθη-
μασι ἢ διαλεκτικῇ ἡμῖν ἐπάνω κῆσθαι καὶ
οὐκ ἔτ᾽ ἄλλο τούτου μάθημα ὁρθῶς ἄρ ἐπιτί-
θεσθαι ;

θεοθαλ, ἀλλ' ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν μαθημα-
τῶν ἔμοιγε ἔφη.

Galenus θεραπευτικῆς μεθόδου
βιβλίῳ β.

ταῦτ' ἀκούεις ἐμοῦ λέγοντος ἐκάστοτε τοῖς
πολλοῖς τῶν ἰατρῶν, ὅσοι πρὶν γυμνάσασθαι
κατὰ τὰς λογικὰς μεθόδους, ἢ ἀποδεικνυαί-
τι περῶμενοι παραλογίζονται σφᾶς αὐτοῦς,
ἢ διαίρειν ὀτιοῦν εἰς εἶδη τε καὶ διαφορὰς. εἶτα
κἀνταῦθα κακῶν μαγείρων δίκηρ, ὅν κατ' ἄρ-
θρα τέμνουσιν, ἀλλὰ συντρίβουσί τε καὶ θλώσῃ
καὶ διαπῶσιν. Hoc dictum loquitur de
præceptionibus Medicinæ, sed, in illa
Dialectica Methodo constant, ita ad eam
accommodari potest.

Cicero in Bruto de Seruio
Sulpitio.

Nunquam effecisset ipsius iuris sci-
entia, nisi eam præterea didiceret artem,
quæ doceret rem uniuersam tribuere in
partes, latentem explicare definiendo,
obscuram explanare interpretando, am-
biguam primum uidere, deinde distin-
guere, postremo habere regulam, qua ue-
ra & falsa iudicarentur, & quæ quibus
proposi-

propositis essent, quæq; non essent con-
sequentia. Hic enim attulit hanc artem
omnium artium maximam, quasi lu-
cem ad ea, quæ confuse ab alijs
aut respondebantur,
aut ageban-
tur.

proponit esse quod non est
quodammodo. Et cum ista dicitur
omnium animarum maximam, quia in
eum ad ea, per consule ad alia
aut respondendum
aut agendum



LIBER PRIMUS DE DIALECTICIS.

I. CAPUT. de Isagoge.

Dialectica quid?

Dialectica est ars recte, ordine & perspicue docendi, ut, si docendum est de poenitentia, monet Dialectica, quid faciendum sit.

Partes quot & quæ?

Partes dialecticas, sicut communiter traduntur, quatuor sunt, Definitio, Diuisio, Argumentatio, Confutatio.

Circa quid uersatur?

Dialectica uersatur circa questiones Dialecticas, de quibus postea dicendum est. Cicero in partitionibus id genus Questiones infinitas uocat.

Proprium quod?

Proprium huius artis est tradere Methodum uel modum breuiter, ordine & perspicue docendi, ut si de uirtute uerba facienda sunt, monstrat Dialectica certa quedam capita, quæ in docendo spectari debent.

B

Dic

Dic discrimen Dialecticæ & Rhetoricæ.

Dialectica uersatur circa materias infinitas uel generales & de ijs loquitur simpliciter, cuius Exempla sunt in Officijs Ciceronis. Rhetorica uersatur circa materias finitas, hoc est, personales uel singulares & de ijs ornate loquitur & copiose. Eius rei exempla sunt in Ciceronis aliorumq; bonorum orationibus.

Recita Utilitates.

Generaliter prodest ad ordinem docendi uel discendi in omnibus facultatibus, Secundo prodest ad inuentionem Definitionum, Diuisionum, Probationum et Confutationum.

Deinde prodest ad earundem diiudicationem, ut intelligas num recte an secus sese habeant.

II. CAPVT.

De Quæstionibus.

¶ Quæstio quid?

Quæstio est oratio per interrogationem elata, ut, Est ne Deus? Quid est Deus? Quot & quæ personæ diuinitatis?

¶ Quotuplex est?

Quæstio duplex est, Simplex & coniuncta.

Quæstio simplex est interrogatio de una uoce, ut, Quid est Virtus?

Coniuncta quæstio est interrogatio de tota sententia, ut, Est ne Deus autor peccati?

Quo

Quomodo tractantur?

● Simplex questio tractatur per Definitionem,
Diuisionem & reliquos Methodi locos.

Coniuncta tractatur per argumentationem &
Confutationem.

III. CAPVT.

De Methodo & quæstionibus eius.

Quid?

Methodus est uia seu ordo recte & perspicue
quæstiones simplices tractandi.

Loci uel quæstiones quæ?

Loci, Capita uel quæstiones Methodi in simplici
materia decem numerantur.

- 1 Quæ uis uocabuli?
- 2 Est ne res?
- 3 Quid est?
- 4 Quæ Species?
- 5 Quæ partes?
- 6 Quæ cause?
- 7 Qui Effectus?
- 8 Quæ adiacentia?
- 9 Quæ Cognata?
- 10 Quæ Pugnancia?

Vtilitas quæ?

Doctrina de Methodo prodest immediate ad

B 2

ordinem

ordinem docendi & discendi in quibuslibet materijs simplicium quæstionum. Qui docet uel discit iuxta hos titulos, is ordine & Methodice docet & discit.

Recita regulas de Usurpatione.

1. Dato uocabulo de quo doceri debet, recurrendum est ad hos Titulos & per singulos locos ordine peruagandum.
2. Videndū etiā quid in qualibet materia maxime conueniat, & id propterea, quod tituli secundum magis & minus rebus ac materijs subseruiant.

Exemplum de Virtute.

1. Vocabulum Virtutis quid? Virtus alias significat facultatem naturalem, alias fortitudinem, alias habitum uoluntatis & ita uocabulum usurpabitur in presenti explicatione.
2. Est ne uirtus in rerum natura? Esse uirtutem multis argumentis probari potest sed unum hoc est:
Effectus uirtutis extant.
Ergo extat etiam uirtus.
3. Quid est uirtus? Virtus est habitus uoluntatis inclinans ad agendum secundum rectam rationem.
4. Quæ Species? Virtutis species multe sunt, ex quibus hæ uulgares, Iusticia, fortitudo Temperantia,

tia,

ria, Veritas, Modestia, Liberalitas, & alia, quae apud
Aristotelem in Ethicis recitantur.

5. Partes quae? Virtus non habet partes, quia
Regula est, Habitus in partes non secari.

6. Cause quae? Cause efficientes principales
sunt mens iudicans, uoluntas approbans, cor obtem-
perans.

Cause adiuuantes sunt, Naturalis inclinatio, In-
stitutio & exercitatio.

Causa finalis est ipsa actio honesta.

7. Effectus qui? Effectus uirtutis sunt, tran-
quillitas cordis priuata, quanta potest esse ex disci-
plina externa, utilitas publica.

8. Adiacentia quae? Adiacentia sunt gloria
bonorum, Odium malorum, Liberationes diuinae ex
periculis.

9. Cognata quae? Cognata sunt $\varphi\upsilon\sigma\iota\mu\epsilon\tau\alpha$
& $\alpha\gamma\epsilon\tau\alpha$, & habitus intellectus.

10. Pugnancia quae? Pugnancia uirtutis sunt
ipsa uitia. Ac memorabile Aristotelicum illud, quod
cuiuslibet uirtuti duo uicia sint opposita.

IIII. CAPVT.

De definitione prima parte Dialectices.

B 3

Quid e

Quid?

Definitio est oratio in qua, quid sit res, e-
ponitur, ut, Homo est animal rationale.

Quotuplex?

Formae definitionum quatuor sunt: Essentia-
lis, Causalis, Partialis, Accidental.

Essentialis uocatur, cuius differentia sumitur ex
substantialibus rei proprietatibus, ut, Homo est ani-
mal rationale.

Causalis uocatur, cuius differentia sumitur ex causis,
ut, Euangelium est doctrina diuinitus per filium Dei
ex sinu patris allata, offerens remissionem peccato-
rum gratuitam omnibus uere in Christum credenti-
bus.

Partialis uocatur, cuius differentia sumitur ex
partibus, ut, Philosophia est doctrina de sermone, na-
tura & moribus.

Accidentalis uocatur, cuius differentia sumun-
tur ex accidentibus, ut, Terra est elementum frigi-
dum & siccum omnium elementorum grauissimum
& infimum.

Quomodo constituitur?

Omnis Dialectica definitio debet constitui iux-
ta seriem uel ordinem Prædicabilium. Primo loco
Species, secundo Genus, tertio Differentie ponendæ
sunt, ut, Iusticia est uirtus suum cuiq; tribuens.

Vnde

Vnde sumuntur partes Defini- tionis ?

Species sumitur, pro ut offertur, Genus depro-
mitur ex Prædicamentis, Differentiæ uero sumuntur
uel ex Prædicamentorum diuisionibus, uel ex proprie-
tatibus natiuis, uel ex partibus, uel ex causis, uel ex ac-
cidentibus, uel à contrarijs seu remotione, ut, Ignis est
in Substantia, ibi proximum eius Genus est elemen-
tum, Differentia uero ex Accidentibus eius sumitur,
quæ sunt Calidum & siccum. Ita, Ignis est Elemen-
tum calidum & siccum.

Conditiones generales quæ :

In definitione generaliter quatuor requirun-
tur

1. Definitio debet conuenire ad ordinem Præ-
dicabilium & Prædicamentorum.

2. Sermo definitionis debet esse perspicuus, bre-
uis, carens ambiguitate.

3. Debet complecti præcipua rei membra ut nec
angusta nimium sit nec nimis late pateat.

4. Talis etiam esse debet ut possit conuersio
fieri sub sin- i ueritate, ut :

Omnis homo est animal rationale.

Omne animal rationale est homo.

De iudicio uel examine definitionis copiosius
Aristoteles in 6. Topicorum per totum.

Conditiones generis quæ 3

Genus debet esse eiusdem prædicamenti cum specie, Insuper debet esse de natura speciei, debet latius patere, debet posse conuerti cum specie sed per accidens, debet esse proximum, quantum potest, sed si proxima non sunt, remota sumere licet, ut in illo, Animal est substantia corporea, animata, sentiens. Copiosius hæc apud Aristotelem in 4. Topicorum.

Conditiones differentia

quæ 2

In differentijs uidendum est, ut sint ueræ, ut proximæ & præcipuæ, quantum quidem fieri potest. Huc serè ea, quæ Aristoteles in 5. Topicorum.

Exempla.

Fortitudo est in qualitate, Genus proximum est uirtus, Differentie sunt uersari circa periculum magnum & honestum & seruare medium inter timiditatem & audaciam. Ergo Fortitudo est uirtus uersans circa periculum magnum & honestum, seruans medium inter audaciam & timiditatem.

Audacia est in qualitate, Genus proximum est uicium, Differentia proxima est Audere præter decorum & rectæ rationis iudicium. Ergo Audacia est uicium audens in periculis plus quam decet, ubi, quando & quomodo non decet.

Spiritus est in Substantia, Genus proximum est Substantia, Differentia a contrarijs sumi potest, ut sunt,

*Fortitudo
quid.*

ut sunt, nec carnem nec ossa habere. Ita spiritus est
substantia, quæ nec carnem nec ossa habet.

V. CAPVT.

De Prædicabilibus.

Vocabulum prædicabile
quid?

Prædicabile dicitur id, quod de altero prædi-
cari potest, ut, Homo prædicatur de Petro.

Quid re?

Prædicabilia sunt tituli uocabulorum com-
munium, qui ostendunt, quæ uocabula quibus attri-
buantur.

Quot & quæ?

Prædicabilia quinque recensentur, Species,
Genus, Differentia, Proprium & Accidens.

Proprium quod? *prohibendum*

Proprium prædicabilium est ostendere ordi-
nem definitionum, ac eatenus qualis est ordo uel series
prædicabilium, talis etiam est definitionum.

Vtilitas quæ?

Doctrina prædicabilium principaliter pro-
dest ad formam definitionum monstrandam, quia qua-
lis est ordo prædicabilium, talis etiam est ordo defi-
nitionum.

Secundo prodest ad distinctionem prædica-
mentorum.

Tertio ad iudicium de prædicationibus &
propositionibus.

B S

Dic

**Dic Differentiam prædicabilium &
prædicamentorum ?**

Cognata sunt prædicabilia & prædicamenta,
sed differunt sine uel officio,

Prædicabilia docent de forma definitionis.

Prædicamenta de materia idq; in genere præ=
sertim. Si definienda est uirtus, monent prædicabilia
quod querenda sint genus & differentia. Prædica=
menta adhibita ostendunt genus esse habitū, Differen=
tiam uero generalem esse, uoluntatis.

VI. CAPVT.

De Specie,

Quid ?

Species est nomen commune generi proxime
subiectum, ut, homo, equus, stella,

Quotuplex ?

Species duplex est, Specialissima & Subalternæ.

Species specialissima est proxima Indiuiduis, de
quibus prædicatur in quid, ut homo, equus, Leo.

Species subalterna uocatur, quæ respectu supe=
riorum est Species, sed respectu inferiorum genus, ut,
animal respectu substantiæ est Species, respectu homi=
nis est genus.

Indiuiduum quid ?

Indiuiduum hoc loco uocatur nomen proprium
uel quodlibet singulare, ut, AENEAS, hic homo, ille uir,
qui primus ab oris Troiæ ad Lauina littora uenit.

Vnde

Vnde sumitur Species?

Inuentio Speciei non habet certas classes, quemadmodum genus, sed pro ut offertur, ita in definitionem assumitur. Alibi dicitur Species ex Individuis colligi, Verum illud Theoricum magis est quam Practicum & ad alias pertinet disputationes.

Da exempla Speciei?

Aeneas est Individuum, Species eius est homo.

Sol est individuum, Species eius est stella.

Lex Mosaica est individuum, Species eius est Lex.

VII. CAPVT.

De Genere.

Quid?

Genus est nomen commune multis Speciebus & predicatur de eis in quid, ut, Animal est commune homini equo, leoni &c. Et si dicatur quid sit homo quaeratur respondetur est animal.

Quotuplex?

Genus duplex est, Genus generalissimum & Genus Subalternum.

Genus Generalissimum uocatur summum genus, qualia sunt capita predicamentorum uel etiam uocabulum Entis.

Genus Subalternum, quod respectu superiorum Species, respectu inferiorum Genus est, ut, Virtus respectu Habitus est Species, respectu Iusticiae est Genus.

Vnde

Vnde sumitur genus ?

Genera definitionum regulariter ex prædicamentis sumuntur. Cum uox definienda est, recurritur ad prædicamenta, ac ibi singulis rite peractis conueniens aliquod genus monstratur.

Conditiones generis quæ ?

Ad rationem generis requiritur, ut latius pateat, ut sit proximum, ut sit de natura speciei, ut possit cum specie conuerti sed per accidens. De hoc negotio supra dictum est uidentur Aristoteles in 4. Τοπικῶν.

Da exempla.

Aeneas est indiuiduum, Homo est species, Animal est genus.

Temperantia Scipionis est indiuiduum, Temperantia est species, Virtus est genus, uirtutis genus est habitus.

Hæc Ruta est indiuiduum, Ruta est species, Herba est genus.

VIII. CAPVT.

De differentia.

Quid ?

Differentia est nomen commune, quod cum genere sumptum certam speciem constituit & prædicatur de specie in quale, ut Rationale est differentia hominis.

Quotu

Quotuplex ?

Differentia duplex est Generalis & Specialis.

Generalis uocatur, quæ multis speciebus simul est communis, ut, Animatum esse conuenit homini, leoni, equo.

Specialis est quæ uni soli speciei est propria, ut, rationale soli homini est proprium.

Vnde sumitur ?

Generales differentia ferè sumuntur ex prædicamentorum ordinibus.

Speciales ferè uel ex natiuis proprietatibus, uel ex partibus, uel ex causis, uel ex accidentibus, uel ex alijs circumstantijs rerum, uel ex contrarijs seu remotione.

Conditiones quæ ?

Ad differentiarum rationem requiritur ut sint de natura speciei, ut suo modo cum specie conuerti possint, Generales quidem per accidens, Speciales uero simpliciter. Copiosior Aristoteles in 4. Τοπικῶν.

Da Exempla ?

Homō est species, Animal est genus, Rationale est differentia specialis.

Angelus est Species, Substantia est genus, Incorporea & finita sunt differentia Generales, Esse ministrum Dei & conformem diuinæ uoluntati est differentia specialis.

IX. CA.

IX. CAPVT.
De Proprio.

Quid?

Proprium est attributum quoddam Speciei naturalis eius proprietatem demonstrans, ut, incedere erecto corpore est proprium hominis.

Quotuplex?

Proprium duplex est, Vere Proprium & Communiter proprium.

Vere proprium uocatur, quod uni soli Speciei inest, idque semper & omnibus eius indiuiduis, ut, Attrahere ferrum & uergere ad Arcton est proprium Magnetis.

Communiter proprium uocatur, quod uel pluribus Speciebus inest, uel non semper inest, ut, esse bipedem, esse uel fieri canum.

**Recita regulam de significatione
Propriorum:**

Vocabula proprietatum nonnunquam de actu, nonnunquam de potentia intelligi debent, ut, incedere erecto corpore in adultis & bene sanis incedentibus est actu, in infantibus est potentia.

Vnde sumitur:

Proprietates ex cuiuslibet rei natura uel essentia sumuntur, & ad hanc rem fontes materialium sunt adhibendi.

Conditio.

Conditiones quæ?

In Proprijs requiritur, ut sint de natura subiecti, ut possint suo modo conuerti, uere quidem propria simpliciter, communiter uero propria per accidens. Plura apud Aristotelem in ζ . Τοπικῶν.

Quomodo differunt Proprium & Differentia?

Proprium dicitur respectu sui subiecti uel speciei, Differentia uero respectu cæterarum specierum. Præterea differentia est uocabulum formæ.

Proprium uero est materiæ, & habet se sicut locus differentia. Itaq; differentia possunt ex proprietatibus depromi. Reliqua discrimina breuitatis gratia præterimus.

Da Exempla.

Iusticia est Species, Virtus est genus, Proprium uel differentia est reddere cui libet, quod suum est.

Magnes est Species, Lapis est Genus, Propriū uel Differentia est attrahere ferrū et moueri ad Arcton.

X. CAPVT.

De Accidente.

Quid?

Accidens uocatur, omne quod uel mutabiliter inest, uel per se non subsistit, ut, calor in homine.

Quotuplex?

Accidens duplex est, Separabile & Inseparabile.
Separabile

Separabile uocatur, quod accidentaliter inest,
& potest etiam a subiecto separari, ut, esse Gramm-
ticum.

Inseparabile uocatur, quod accidentaliter inest,
sed perdurat tamen, ut, calor ignis, humiditas aquæ,
nigredo corui.

Vnde sumuntur:

Accidentia sumuntur a Quantitate, a Qua-
litate, a Circumstantijs, ab ijs, quæ in oculos incur-
runt.

Proprietates quæ?

Accidentium proprietates sunt esse extra
materiam subiecti, inherere mutabiliter, inesse non
uni tantum speciei sed alijs etiam nonnullis, non posse
conuerti cum sua specie, ut, albedo in pariete.

Da Exempla.

Sol est indiuiduum, Stella est species, substan-
tia est genus, Differentia uel proprium est esse auto-
rem lucis diurnæ, Accidens est esse maiorem terra.

Peccatum est species, Malum est Genus, Re-
pugnans legi Dei, offendens Deum, promerens æter-
nam iram sunt Differentiæ & Propria, posse remitti
est Accidens.

XI. CAPVT.

De prædicatione.

Quid?

Quid?

Prædicatio est pronuntiatio prædicati de subiecto, ut, Homo est animal.

Quotuplex?

Prædicatio habet easdem diuisiones cum propositione sed hic est una memorabilis diuisio.

Genera prædicationum tria sunt nempe, Prædicatio Regularis, figurata, & inusitata.

Prædicatio regularis est forma propositionis consentiens ad ordinem prædicabilium, ut, Petrus est homo, Homo est animal, Homo est rationale quidam.

Figurata prædicatio uocatur, quando forma locutionis ad figuram aliquam Grammaticam uel Rhetoricam consentit, ut, Tyrannus est lupus, Deus est iusticia.

Inusitata prædicatio uocatur, quando fit copulatio duarum naturarum in una eademq; substantia, utpote in locutionibus de incarnatione uerbi, ut, Deus est homo.

Recita Regulas de prædicationibus:

1. In prædicationibus Dialecticis præstandum est, ut communius de minus communi prædicetur, exceptis differentijs, uel proprijs internis, ut, Petrus est homo, Homo est animal.

2. In prædicationibus differentiarum et proprietatum

C

prietatum

prietatum essentialium de Specie, æquale de æquali
prædicatur, ut, Homo est rationale, Peccatum repug-
nat legi Dei.

3. Species de individuo & Genus de Specie
secundum abstracti formam prædicantur, ut Tempe-
rantia Scipionis est temperantia. Temperantia est
virtus, Virtus est habitus.

4. Differentia, Proprium, & Accidens regu-
lariter in concreto tantum uel quasi, de subiecto prædi-
cantur, ut, Homo est rationalis uel utitur ratione,
Homo incedit erecto corpore & potest loqui, Homo
est albus.

5. Propria uel Accidentia nonnunquam in Abstra-
cto de subiectis prædicantur, sed hoc figurata ratio-
ne excusatur, ut, Deus est iusticia. Lex est Tyrannus.

XII. CAPVT.

De Prædicamentis.

Quid?

Prædicamenta sunt ordines generum &
specierum sub uno genere generalissimo, quod aut
substantiam aut Accidens aliquod significat.

Quot?

Prædicamenta sunt Decem,

1. Substantia

2. Quantitas

3. Qualitas

4. Relatio

5. Actio

6. Passio

7. Quati-

7. Quando

8. Vbi

9. Situs

10. Habitus

Proprium quod?

Proprium prædicamentorum est docere generis inuentionem in definitione constituenda. Nonnunquam etiam differentiarum inuentionem iuuant.

*hinc hinc in y.
in uera
ratione
transfertur
in amfuit*

Utilitas quæ?

Primum & principaliter profunt ad definitiones constituendas, idq; propter generis inuentionem.

Secundo profunt etiam ad distinctionem substantiæ & Accidentium.

Quomodo usurpantur?

1. Dato uocabulo reductio facienda est ad certum aliquod prædicamentum iuxta cuiuslibet uim uel naturam.

2. Inuento prædicamento cogitandum est de proxima sede uel classe, & ad hanc rem tabulæ prædicamentorum subseruiunt.

3. Inueni. proximo loco sumendum est genus, quod est in ea serie maxime uicinum.

Quid est in prædicamentis præcipue considerandum?

Quodlibet fere prædicamentum tabulam aliquam generum, specierum & differentiarum continet, atq;

ea imprimis est Consideranda, Prodest autem ad in-
uentionem generum & nonnullarum differentiarum.

Da Exemplum.

Cometa est in prædicamento Substantiæ, Sedes
eius proxima est sub substantijs imperfecte mixtis. Ibi
genus commune quoddam est Meteoron. Ita cometâ
est Meteoron.

XIII. CAPVT.

De Regulis Antepædicamentalibus.

I.

Omne uocabulum pro ratione significatio-
nis ad prædicamentum aliquod reducitur, ut, Vulnus
significat disconuenientiam aliquam & eatenus est
in Relatione.

II.

Nonnunquam unum uocabulum potest ad di-
uersa prædicamenta reduci, sed pro diuersa conside-
ratione, uel respectu, ut, Verbum pro filio Dei est in
Substantia, pro uoce est in qualitate. Adfectus dura-
biles sunt Qualitates, Subiti uero respectu obiecti
sunt actiones, respectu subiecti sunt passiones.

III.

AEquiucum in quantum tale non debet ad
prædicamenta reduci, sed determinatione facta, po-
test reduci, & eodem modo etiam in definitione se
habet, ut, persona alias $\upsilon\pi\acute{o}\sigma\alpha\sigma\iota\upsilon$, alias laruam, alias
repræsentationem alterius significat & eatenus
est

est uel in substantia uel in qualitate uel in Relatio-
ne.

IIII.

Vox rei commenticia, in quantum talis, non po-
test ad prædicamenta reduci, & eatenus etiam defi-
niri non potest, ut, Iupiter, Iuno, Musæ, Pegasus &c.

V.

Complexū, in quantum re tale, non potest ad præ-
dicamentum reduci, imo nec definiiri, ut, bonus pater,
bonus filius.

VI.

Complexum habens significationem uiuis &
simplicis potest ad prædicamentum referri, ut, Imago
Dei, Agnus Dei, Spiritus Sanctus, $\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\omicron\upsilon\lambda\ \delta\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$.

VII.

Partes rei sunt in prædicamento totius, uel par-
tes & totum sunt in eodem prædicamento, ut, homo
est in substantia, ita & manus, & pes &c. Arbor
est in Substantia, sic Ramus & folium.

VIII.

Concretum est in Prædicamento abstracti, uel,
Denomina^o sunt de prædicamento primitiuorum,
ut, Lector & lectio sunt in Actione.

IX.

Contraria sunt in eodem prædicamento, ut, Al-
bedo est in Qualitate, ita & nigredo, iusticia est in
Qualitate, sic & iniusticia.

C 3

Priuatium

X.
Priuatiuum uocabulum est in prædicament
sui habitualis, Vel, Habitus & Priuatio sunt in eodem
Prædicamento. Habitus hoc loco præsentiam rei sig=
nificat. Iusticia originalis est in Qualitate, idq; in
secunda eius specie, sic & Peccatum Originale.

XIIII. CAPVT.
De Prædicamento Substantiæ.

Quid:

Substantia est ens per se existens sustinens Acci=
dentia suo more, ut, Angelus, Homo, Equus. Per se exi=
stere dicuntur omnia, quæ non insunt Accidentaliter.

Recita Regulas uel Proprie=
tates.

1. Quicquid per se existit, uel habet naturalem
formam eamq; substantialem, illud est de Prædica=
mento Substantiæ, ut, anima, cometa, ruta.
2. Substantiæ sustinent Accidentia sed ipsæ non
sunt Accidentia, ut, Petrus, Homo, Animal.
3. Substantia non recipit Magis & Minus, ac
eatenus Homo non est magis substantia quam equus,
Puer non est minus homo quam gigas, sed minor po=
test dici.
4. In Substantijs per se non inest Contrarietas
sed per Accidens, ut, Lupus & Ouis, Cygnus et Aquila,
Miluus & Pullus, Catus & Mus.

Destructis


5. Destructis primis substantijs tolluntur secun-
de & earum Accidentia, ut, Si nullum est indiuiduum
hominis, etiam species hominis uel Idea uera non est.

Utilitas Proprietatum quæ?

Proprietates in omnibus prædicamentis partim
ad reductionem uocabulorum ad prædicamenta, par-
tim etiã ad mutuam distinctionem prædicamentorum
profunt.

Tabula

Tabula Substantiæ.



Exempla.

Angelus est in prædicamento Substantiæ,
Genus commune est Substantia, Differentiæ Genera-
les sunt Incorporea, finita.

Cometa est in Substantia, Genus proximum est
Meteoron.

Animal est in Substantia, Genus commune est
Substantia, Differentiæ sunt, Corporea, perfecte mix-
ta, Animata, Sentiens.

XV. CAPVT.

De Prædicamento Quantitatis.

Quid?

Quantitas est magnitudo uel multitudo, ut,
milliar.

Quotuplex?

Quantitas duplex est, Continua & Discreta.
Continua Quantitas uocatur, cuius partes copulan-
tur termino communi, ut, linea. Discreta uocatur cu-
ius partes sunt discontinuæ, ut, in numeris.

Recita Regulas uel proprie-
tates.

1. Quicquid magnitudinem uel multitudinem
mathematice significat, id pertinet ad prædicamen-
tum Quantitatis, ut, milliare.


2. Quantitas hoc loco Mathematicæ debet in-
telligi, hoc est, secundū imaginationem, ut, milliare.

C 5

3. Quantitatis

3. Quantitatis proprium est mensurari seu diuidi, ut, in linea, quæ potest diuidi in puncta.
4. Quantitates non recipiunt magis & minus sed maius & minus recipiunt, ut, magna linea non est magis linea, quam parua, sed maior esse potest.
5. Quantitatum per se nulla est effectio uel efficacia, ut, in linea, & numeris.
6. Ex Quantitatibus oriuntur relatiua uocabula, ut, Proportio, æqualitas.

Tabula Quantitatis.



Exempla.

Linea est in Quantitate, Genus commune est Quantitas, Differentiæ generales sunt continua, longa, Super-

Superficies est in quantitate, Genus commune est
Quantitas, Differentiæ generales sunt continua, lata.
Corpus Mathematicum est in Quantitate, Ge-
nus commune est Quantitas, Differentiæ generales
sunt continua, profunda.

XVI. CAPVT.

De Prædicamento Qualitatis.

Quid?

Qualitas est forma, per quam substantia est effi-
cax seu. quæ mouet sensus, ut, Virtus, Color.

Species quot & quæ?

Qualitatis species quatuor sunt, Habitus, Natu-
ralis potentia, Passibilis qualitas, Figura artificialis.

Habitus est qualitas comparata ex Crebris Actio-
nibus, faciens, ut res facilius peragatur, ut, Virtus.

Naturalis potentia, est qualitas nata in substantia
certas Actiones operans, ut in magnete, quod is at-
trahit ferrum & uergit ad Septentrionem.

Passibiles qualitates sunt adfectus & obiecta sensuum,
ut, amor, color.

Figura Artificialis est modus uel positus quanti-
tatum, ut, circulus pictus uel alioqui fabri factus.

Recita Regulas aut Proprie-
tates.

I. Omnia uocabula, quæ uel habilitatem uel
Dynamim, uel passibilem qualitatem, uel figuram
artificialem

artificialem significant, pertinent ad prædicamentum
Qualitatis, ut, Virtus, alteratiua potentia in uentri-
culo, Color, Circulus artificialis.

2. Qualitas recipit maius & minus, ut, in a-
more, uicijs &c.

3. In Qualitatibus insunt pugnantia seu con-
trarietates, ut, album, Nigrum.

4. In Qualitatibus per se inest effectio sed
excipiuntur ab hoc ordine figuræ artificiales, ut, in
uirtute, quæ non est ociosa, ubicunq; est.


5. Ex Qualitatibus oriuntur relati- uoca-
bula, ut, Simile, Dissimile.

Tabula

Exempla.

*Palestrica est in Qualitate et Specie prima,
Genus Commune est Habitus, Differentia generalis
est corporis.*


a artificialis, ut, Circulus, Trigo



mina



Tabula qualitaris.






C 2
 Exempla



artificialem significant, pertinent ad prædicamentum
 Qualitatis, ut, Virtus, alteratiua potentia in uentri-
 culo, Color, Circulus artificialis.

2

Qualitas recipit maius & minus, ut, in d=



Exempla.

● *Paestra est in Qualitate et Specie prima,
Genus Commune est Habitus, Differentia generalis
est corporis.*

*Virtus est in Qualitate et Specie prima,
Genus est Habitus, differentiae generales sunt uolun=
tatis, bonus.*

*Vis motiua in neruis est in Qualitate et
Specie secunda, Genus est potentia uel Qualitas,
Differentia est naturalis.*

*Adfectus est in Qualitate et Specie tertia,
Genus est Qualitas, Differentiae Generales sunt passi=
bilis, interna.*

*Color est in Qualitate et Specie tertia, Ge=
nus est Qualitas, Differentiae sunt passibilis, externa,
obiectum Visus.*

*Circulus est in Qualitate et Specie Quar=
ta, Genus est figura, Differentia generalis est artifi=
cialis.*

XVII. CAPVT. De Pradicamento Relationis.

Quid est

*Relatio est uel ordinatio, uel applicatio, uel
conuenientia unius ad alterum, sic limitatio, calefa=
ctio, proportio dicuntur Relationes.*

*Relatiuum uocatur, quod habet suam deno=
mina=
mina*

minationem ab alio & respicit ad suum correlatiuum,
ut, Pater & Filius, Rex et Subditus, Dominus et Ser-
uus.

Recita Regulas uel Proprietas.

1. Omnia uocabula, quae nudam continent de-
nominationem extrinsecus uenientem & non inhæ-
rentem corpori realiter, pertinent ad hoc prædica-
mentum, ut, paternitas, Similitudo, Præceptor, Disci-
pulus.
2. In relatione tantum sunt respectiua uel relati-
ua nomina, Absoluta uero pertinent ad superiora
prædicamenta.
3. Relatiua alia sunt proprie Relatiua uel
secundum esse, alia improprie, uel secundum dici. Pro-
prie Relatiua sunt, quae immediate ad relationem
pertinent, ut Pater, Filius. Improprie Relatiua sunt,
quae habent quidem respectum ad aliud sed reuera
pertinent ad superiora prædicamenta, ut, amor respi-
cit ad rem amatam & tamen est in Qualitate.
4. Omne Relatiuum uersatur inter duo &
sunt Fundamentum uel Materiale, Terminus uel for-
male. Fundamentum est res, a qua oritur relatio, ut,
fundamentum patris est ipsa persona. Terminus est
res, ad quam tendit Relatio, ut, Terminus Patris est
Filius.
5. Omne Relatiuum habet Correlatiuum, ut,
Pater

Pater est Relatiuum, Filius est Correlatiuum. Hæc
Regula cum præcedente prodest ad inueniendas diffe-
rentias in relatiuorum definitionibus.

6. Nomina Correlatiuorum non semper ex-
tant & eatenus fingere nonnunquam est licitum, ut,
paternitatis correlatiuum potest uocari filiatio.

7. Fundamenta manent nonnunquam etiam
extinctis relationibus. Sic formale tollitur sed mate-
riale manet, ut Lapis potest manere in agro, & ta-
men amplius limes non esse.

8. Inuentio generis in relatione alias ex ta-
bula, alias ex collatione fundamenti dependet.

Tabula

Tabula Relationis.

Relatio alia est.	Substantiae	Persona, ut	{ Pater, Filius Dominus, Seruus } <i>&c.</i>	
		Res, ut,	{ Rex, Subditus Seruitus, Dominium Commune, Proprium Alienum.	
	Quantitatis, ut	Par, Impar		{ Aequale, inaequale Totum, Dimidium Duplum, Triplum
		Proportio		{ Nomina mensurarum & Ponderum
		Qualitatis idq; uel	Ad noticiã, ut	{ Verum Falsum Ambiguum
			Ad uirtutem, ut	{ Honestum Bonum Præmium Gloria
	Ad uicia, ut		{ Inonestum Malum Pœna	
	Ad alias qua- litates, ut	{ Simile Dissimile Temperamentũ.	Exempla	

Exempla.

Rex est in Relatione, Genus propinquum uel
fundamentum est Persona.

Proportio est in Relatione, Genus est Relatio,
Differentia generalis est Quantitatis.

Verum est in Relatione, Genus est Relatio,
Differentia generalis est Noticie.

XVIII. CAPVT.

De Prædicamento Actionis.

Quid?

Actio est Applicatio agentis ad patiens, ut,
uerberatio.


Recita Regulas de Proprietatibus?

1. Quicquid actionem qualicumq; ratione significat, pertinet ad Actionem, ut, scriptio, cogitatio.
2. Prædicamentum Actionis complectitur Verba, participia & nomina uerbalia significantia motus, ut, diligo, dilectio, diligens.
3. Omnis Actio ex se passionem aliquam infert, ut, generatio fert generatum.
4. In Actionibus inest contrarietas, ut, calefactio, frigeffectio.
5. Actiones suscipiunt maius & minus, ut, alias maior, alias minor est dilectio.

D

Tabula

Tabula Actionis.



7. f. in summa de fine et virtutibus



Exempla.

Cognitio est in Actione, Genus est Actio, differentia generalis est Mentis.

Emptio est in actione, Genus proximum est contractus.

Sacramentum est in actione, Genus proximum est Ceremonia, Differentia est esse mandatam & necessariam.

XIX. CAPVT.

De Prædicamento Passionis

Quid?

Passio est Receptio actionis in patiente, ut, Verberari.

Recita Regulas aut proprietates.


1. Quicquid Passionem qualicumque ratione significat, id est in prædicamento passionis, ut uerberari.
2. Prædicamentum Passionis complectitur Verba, Participia, & nomina uerbalia, quatenus passionem significant, ut, patior, patiens, passio.
3. Passio præsupponit aliquam actionem, ut, generatur a generante generatur.
4. Passio non est in agente, sed in eo quod agentis actum in se recipit, ut, uideri.
5. In passionibus inest contrarietas, ut, humectatio & siccatio.
6. Passiones recipiunt maius & minus, ut dolor alias maior, alias minor, est.

D 2

T 4

7. Passio est receptio actionis in patiente.

Tabula Passionis



Exempla

*Corruptio in cadauere est in Passione, Genus est Passio,
Differentiæ generales sunt Corporis & naturalis.*

*Decollatio homicidæ est in Passione, Genus est Passio,
Differentia est corporis et coacta.*

XX. CAPVT.

De Prædicamento Quando.

Quid :

Vocabulum Quando hoc loco significat Circumstantiam temporis, ut cum dico, Heri est quando.

Recita Regulam de Vocabulis Quando.

Quicquid Circumstantiam uel certum punctum temporis significat, id pertinet ad prædicamentum Quando, ut, Meridies, Diluculum.

Dic Tabulam.

Tabula uulgo non recitatur, sed tamen genus commune est Circumstantia temporis, uel certum punctum temporis. Species sunt diluculum, Meridies, Crepusculum, & alie similes.

Exempla.

Crepusculum est in Quando, Genus est punctum temporis.

Cum dico, Anno ab hinc decimo, hic annus est in Quando, Genus est punctum temporis.

XXI. CAPVT.

De Prædicamento Vbi.

Quid :

Vocabulum ubi significat Circumstantiam quandam loci, ut cum dico, ruri est ubi.

D 3

Recita

Recita Regulam de Vocabulis Vbi.

Quicquid Circumstantiam loci significat, id pertinet ad prædicamentum Vbi, ut, foris.

Dic Tabulam.

Tabula uulgo non recitatur, Sed genus commune potest esse Circumstantia loci, Species sunt Domus, Rus, forum, Terra & alia, quatenus localiter usurpantur.

Exempla.

Domi est in prædicamento Vbi, Genus est Circumstantia loci.

Cum dico, Est in foro, hic forum est in Vbi, Genus est Circumstantia loci.

XXII. CAPVT.

De Prædicamento Situs.

Quid.

Situs significat statum seu positum corporis & partium eius, ut, accubatio est Situs.

Recita Regulam de uocabulis huc pertinentibus.

Quicquid Circumstantiam situs in corpore significat, id pertinet ad prædicamentum Situs, ut, Statio, Sessio.

Dic Tabulam.

Tabula uulgo non extat, sed genus commune est Situs uel Positio uel Circumstantia Situationis.

Species

Species sunt Statio, Sessio, Accubatio, Protensio, Ob-
quatio, Accliuitas, Decliuitas.

Exempla.

Accubatio est in situ, Genus est Positio uel
circumstantia positionis.

Accliuitas est in situ, Genus est Positio uel
circumstantia positionis.

XXIII. CAPVT.

De Prædicamento Habitus.

Quid :

Habitus hoc loco uestitum uel uestiendi ra-
tionem significat, ut, esse armatum.

Recita Regulam de uocabulis
huc pertinentibus.

Quicquid habendi uel uestiendi rationem
significat, pertinet ad prædicamentum habitus, ut,
armatura, cinctura.

Dic Tabulam.

Tabula uulgo non extat, sed genus commu-
ne est habitus uel ratio uestiendi. Species sunt uesti-
ra, armatura, cinctura & similes.

Exempla.

Cinctura est in habitu. Genus est habitus uel
ratio uestiendi.

Armatura est in habitu. Genus est habitus.

XXIIII. CAPVT.

De Postprædicamentis.

Quid ?

Postprædicamenta sunt explicationes uocabulorum ambiguum, quæ alicubi in prædicamentis & alias etiam usurpantur.

Quot & quæ ?

Vocabula postprædicamentorum sunt quinque, ut, Oppositum, Motus, Prius, Simul, Habere.

Oppositum Quid ?

Vocabulum oppositi alias de contrarietate, alias de relatiuis, alias de Priuatiuis, alias de contradictorijs intelligitur.

Contrarietas est pugnantia duarum qualitatum oppositarum, ut albedo, nigredo.

Relatiuè opposita dicuntur relatiuum & correlatiuum, ut Pater & Filius.

Priuatiue opposita dicuntur habitus & priuatio. Habitus præsentiam rei, Priuatio uero defectum eius significat, ut, lux tenebræ.

Contradictorie opposita hoc loco sunt uocabula per adfirmationem & negationem opposita, ut, scribit & non scribit, homo & non homo.

Motus quid ?

Vocabulum motus alias de generatione, alias de corruptione, alias de augmentatione, alias de diminutione, alias de alteratione, alias de loci mutatione intelligitur.

Prius quid ?

Vocabulum

Vocabulum prius alias de natura, alias de tem-
pore, alias de ordine docendi, alias de dignitate usur-
patur, ut, Causa est prior effectu, scilicet natura.

Aristoteles est prior Cicerone, scilicet tempore.

Habitus est prior naturalibus potentijs, scilicet,
ordine docendi.

Augustus est Prior Antonio, scilicet dignitate

Simul quid ?

Vocabulum simul alias de natura, alias de tem-
pore usurpatur, ut, Pater & Filius sunt simul scilicet
natura. Cicero & Iulius sunt simul, scilicet tem-
pore.

Habere quid ?

Vocabulum habere alias de partibus corporis,
alias de quantitate, alias de qualitate, alias de posses-
sione, alias de continente, alias de uestimento, alias
de adiacente, alias de coniuge intelligitur. Ea uarie-
tas in sequentibus exemplis uideri potest.

Habet digitum, habet magnitudinem uel annos,
habet uirtutem, habet domum, Vas habet uinum, ha-
bet tunicam, habet annulum, habet uxorem.

Utilitas quæ ?

Hæc doctrina principaliter prodest ad expli-
cationem uocabulorum quorundam, quæ sunt in serie
prædicamentorum usurpata.

Deinde habet usum etiam in phrasibus seu for-

D. S. mulis

mulis quotidianis, ut, cum dicitur causa est prior ef-
fectu, &c.

XXV. CAPVT.
De diuisione secunda par-
te Dialectices.

Quid?

Diuisio est oratio qua uel species, uel partes
uel differentie alicuius rei commemorantur, ut Homo
diuiditur in animam & corpus.

Formæ diuisionum
quot & quæ?

Propriissime loquendo tres sunt formæ, diui-
sio generis in species, diuisio totius in partes, diuisio
generis in differentias.

Diuisio generis in species est, quæ o diui-
sum potest de membris diuisionis prædicari, sicut ge-
nus de specie prædicatur, ut, uirtus diuiditur in iusti-
tiam, fortitudinem, temperantiam & alias species.

Diuisio totius est, quando membra diuisionis
de uocabulo diuiso prædicantur per additam nomen-
claturam partis, ut, Philosophia diuiditur in artes di-
cendi, Physicam & Ethicam. In his re. dicitur Phy-
sica est pars Philosophiæ.

Diuisio generis in differentias est quando
membra diuisionis prædicantur in quale, ut, Quanti-
tas alia est continua, alia discreta.

Vnde sumuntur

Diuisio=

1
11
111

Diuisiones inueniuntur partim ex serie præ-
dicentorum, partim ex proprijs artibus, partim ex
consideratione inferiorum, quæ sunt sub eo uocabulo.

Conditiones quæ:

1. In omnibus diuisionum formis uidendum est,
ut proxima membra sumantur quantum fieri potest,
ut, substantia alia est corporea, alia incorporea.
2. In diuisione generis in species, omnes spe-
cies colligendæ sunt, uel addenda est particula præci-
sionis, ut, animal diuiditur in hominem, leonem, equum
& reliquas species.
3. In diuisione totius omnes partes enume-
randæ sunt, uel addenda particula præcisionis, ut,
corpus humanum diuiditur in caput, pectus, uentrem,
brachia, & crura.
4. Diuisio generis in differentias regulariter
bimembris esse debet, idq; ita ut membra mutuo sint
opposita, sed gaudet nonnunquam licentia, ut animal
aliud est rationale, aliud irrationale.
5. Diuisio generis in differentias habet cog-
nationem cum diuisione generis in species, & illa
nonnunquam hanc resoluitur, ut Quantitas alia est
continua, alia discreta, Resoluitur, Quantitas alia est
magnitudo, alia multitudo, uel, Quantitas alia est
Quantitas continua, alia est Quantitas discreta.

XXVI. Caput.

De Causis sexto Methodi loco.

Quidæ

Quid ?

Causa generaliter uocatur omne, quod ad effectum qualicumq; ratione concurrat.

Genera causarum quot & quæ ?

Genera causarum quatuor sunt, Efficiens, finis, Materia & forma.

Efficiens uocatur omne, quod ad effectum producendum efficienter & actiue concurrat, ut, faber est efficiens domus.

Finis est, cuius gratia efficiens operatur in materiam, ut, finis domus est defensio ab iniuria & tempestate.

Materia hoc loco uocatur res, ex qua materiaturum conficitur, ut, Aurum est materia annuli aurei.

Forma est esse rei uel exædificatio quedam, qua res est talis, ut, forma domus est ipsa figura exædificata.

Recita diuisiones efficientium.

Efficiens generaliter diuiditur in causas per se & per accidens, in causas proprias & improprias, in causas principales & Minus Principales, in causam ueram & sine qua non.

Causa per se est quæ unum, idemq; efficit idq; non per aliud sed per sese, ut, Sol est causa diei per se.

Causa

Causa per accidens est, quæ non ex sua mãte sed ex alio extrinsecus adiuncto effectum producit, ut, febris est causa temperantiæ.

Causa propria uocatur, quæ per se agit aliquid & ad cuius esse aliud sequitur, ut, Ignis est causa calefactionis.

Causa impropria est, quæ non re ipsa, sed solo nomine pro causa putatur, ut, Lex est causa iræ.

Causa principalis uocatur, quæ gubernat actionem, uel quæ magis agit in efficiendo, quam cetera, ut, Mens, uoluntas & adfectus sunt causæ uirtutum.

Minus principalis est, quæ minus agit, quam cetera, ut, Institutio est causa uirtutum minus principaliter.

Causa uera est, quæ re ipsa agit aliquid in pariendo effectum, ut Sol est causa diei, Ignis est causa calefactionis.

Causa sine qua non uocatur, quæ proprie non agit aliquid ad effectum producendum, & tamen requiritur extrinsecus, ut, Apertio fenestræ est causa sine qua non lucis in hypocausto.

Principales quæ

Efficientium principalium uariæ sunt differentie, quarum appellationes præcipuæ sunt, Vniuersalis, Particularis, Naturalis, Voluntaria, Mixta, Intrinsecas

N. dip
missima

*Intrinseca, Extrinseca, Totalis Partialis, Propinqua,
Remota, Mediata, Immediata.*

*Vniuersalis causa est superior regens inferiora
& conuenit cum Deo tum influentijs coelestibus, ut,
causae monstrorum uniuersales sunt, Deus et astra.*

*Particularis causa est corporum inferiorum, quae ab
uniuersalibus reguntur, ut, causa monstrorum parti-
cularis est materiae uicium.*

*Naturalis uocatur, quae ex natura & inconsul-
to agit, nec potest actionem suspendere, cum est mate-
ria admota, ut, ignis est causa combustionis.*

*Voluntaria uocatur, quae consulto agit & ha-
bet libertatem uel agendi uel non agendi, ut, homo
in committendo delicto.*

*Mixta est eorum, quae partim natura, partim arte
uel uoluntate agunt, ut, Locomotiua in homine.*

*Intrinseca uocatur, quae est in actore sed non
comparat, ut, ars in fabro.*

*Extrinseca uocatur, quae sensui patet secundum
externam rationem, ut, faber sui operis.*

*Totalis est, quae sola operatur in effectu consti-
tuendo sine efficientibus alijs, ut, Deus in resuscitatio-
ne mortuorum.*

*Partialis, quae habet alia efficientia adiuncta, ut
astra in operatione pluuiae.*

*Propinqua uel immediata uocatur, qua non est
alia propior & quae sine alia mediante effectu attingit,*

git, ut, Pater & mater sunt propinqua causa filij.
Remota uel mediata est, quæ longius abest ab effectu, & aliam mediantem habet, ut, auus ad nepotem.

Minus principales quæ:

Minus principalium, quæ alias concurrentes & conuocantur, uocantur, differentie siue species sunt, Impulsua, Preparans, Adiuuans, Instrumentalis.

Impulsua est quæ agentem excitat ad hoc uel illud suscipiendum, ut in lapsu Adæ causa impulsua fuit appetitio diuinitatis.

Preparans est, quæ efficienti uiam preparat ad effectum, ut, astutia & incitatio diaboli in lapsu Adæ.

Adiuuans uocatur, quæ cum principali concurrit & inter agendum adiuuat eam, ut, Eue incitatio & subsidium in lapsu Adæ.

Instrumentalis est, qua efficiens tanquam instrumento uel ministerio utitur in applicatione sui, ut manus uel loocomotua in Adamo accipiente pomum.

Recita diuisiones causæ finalis.

Finis alius est principalis, alius minus principalis. Huc pertinent & illæ appellationes, Mediatus, Immediatus, Vltimus, Proximus, Remotus.

Finis Principalis uocatur is, qui est ultimus, quem cum adepti sumus, acquiescimus, ut, finis studiorum est gloria Dei.

Minus principalis uocatur, qui quasi medius est, & alios se præstantiores habet, ut finis studiorum est peritia.

Recita

Recita diuisiones materiae.

Materia ex qua alia est propinqua, alia remota, quarum descriptiones ex praecedentibus manifestae sunt.

Propinqua uel immediata materia Cometae est ipsa exhalatio, Remota uel mediata sunt ipsa Elementa.

Recita diuisiones formae.

Forma duplex est, Substantialis & Accidentalialis.

Substantialis forma est genuinum & principale rei esse, & quasi interna exaedificatio, ut hominis forma substantialis est esse praeditur ratione.

Accidentalis est externa quaedam forma, quae ab externis adiacentibus sumpta est, ut in homine esse erecta statura &c.

Vnde sumuntur causae?

Causarum inuentio petenda est ex reliquis facultatibus, quarum sunt illae materiae, de quibus agitur. Nonnunquam diligens circumstantiarum consideratio multum monet, sed fontes semper in conspectu esse necesse est.

Conditiones quae?

Generaliter praestandum est, ut uerae causae commemorentur.

Deinde

Deinde necesse est, ut causæ distincte & iu-
stis ordine proponantur, propterea quod unius rei
causæ plures esse possint, sed subordinate.

In congerie plurium causarum opus est
unam aliquam primam constitui reliquis succedenti-
bus.

Nonnunquam brevitatis gratia satis est præ-
cipua tantum capita recitare.

Exemplum.

Causa efficiens Mundi est ipsa diuinitas, cau-
sa finalis est celebratio Dei, materia præcedens nulla
est, causa formalis est ipsa figura Mundi secundum
quaslibet sui portiones.

E LIBER

LIBER SECVNDVS
DE ARGVMENTATIONE
tertia Dialectices parte, idq; præ-
cipue secundum for-
mam eius.

I. CAPVT.

**De Isagoge Argumentatio-
nis.**

Quid?

Argumentatio est oratio, in qua una Propo-
sitiō per aliam notio-rem, & continentem causam
conclusionis confirmatur, ut,

Omnis homo est animal,

Ergo omnis homo est substantia.

Species quot & quæ?

Species quinque sunt, Syllogismus, Enthymema,
Inductio, Exemplum, Sorites.

Circa quid uersatur.

Argumentatio uersatur circa propositiones,
uel ut alias loquuntur, circa quæstiones coniunctas, ut
Cometa non est Stella.

Requisita quæ?

Ad argumentationem duo requiruntur, Mate-
ria & Forma, hoc est, doctrina Topica, & doctrina
de Speciebus argumentationis.

Quo-

Quomodo constituitur?

1. Data propositione probabili recurrendum est ad locos in Topicis, & ex ijs medius terminus sumendus est.

2. Inuento medio termino recurrendum est ad Species argumentationis, & ex ijs una aliqua pro conditione materiae deligenda est.

Da Exemplum.

Propositio probabilis est Philosophia est licita. Ad hanc propositionem probandam potest medius terminus sumi ex loco definitionis, quæ est, Philosophia est doctrina de sermone, de natura, de moribus. Inde Syllogismus efficitur hoc modo.

Doctrina de sermone, de natura & moribus est licita,

Philosophia est talis doctrina,
Ergo Philosophia est licita.

II. CAPVT.

De Propositione.

Quid?

Propositio est oratio indicatiua, unica & integra, in qua alterum de altero dicitur, ut, Christus est Deus.

Recita primam diuisionem.

Propositio alia est Categorica, alia Hypothetica, alia Disiunctiua, alia Copulatiua, alia Modalis.

Categorica est oratio indicatiua carens conditione, disiunctione, copulatione, & modo, ut, uirtus est habitus.

Hypothetica est oratio conditionaliter proposita per particulam si uel æquipollentem, ut, Si Deus est, curat creaturas.

Disiunctiua est oratio disiunctiue proposita per particulas aut, uel, & similes, ut, aut dies aut nox est.

Copulatiua est oratio constans copulatione duarum integrarum propositionum per particulam Et, etc. ut, Et labi potest homo, et potest etiã resurgere.

Modalis uocatur quæ constat modali aliqua particula, quales sunt, Necessesse, Impossibile, Possibile, contingens, uel æquipollentes illarum, ut, Impossibile est Deum ociosum esse.

Recita secundam diuisionem.

Propositio alia est adfirmatiua, alia negatiua. Adfirmatiua est in qua prædicatum attribuitur subiecto, ut, Iustitia est uirtus.

Negatiua est in qua prædicatum subiecto uere detrahitur, sed secundum cuiuslibet proprietatem. In Categoricis ad copulam, in Hypotheticis, disiunctiuis & copulatiuis ad initium, In Modalibus ad particulam Modalem additur negatio, ut Deus non est autor peccati. Non si est Deus, ociosus est, Non aut albus est pannus aut niger, Non & uiuit homo

uit homo & mortuus est. Non est necesse homines
occare.

Recita tertiam.

Propositio alia est uniuersalis, alia particula-
ris, alia indefinita, alia singularis.

Uniuersalis est, quæ signum uniuersale habet
additum ad subiectum. Talia sunt omnis, Nul-
lus, cum equipollentibus, ut, omnis homo est pecca-
tor.

Particularis est, quæ habet signum particulare
additum ad subiectum. Talia sunt, Quidam, Aliquis
cum equipollentibus, ut aliqui peccatores resipiscunt.

Indefinita est, quæ habet uocabulum subiecti
commune sed sine ullo signo ad subiectum addito, ut
Homo animal.

Singularis est, cuius subiectum est nomen pro-
prium, uel singulare quoddam, ut, Christus est Deus.
Hic Homo est sapiens.

In Modalibus uniuersales faciunt Necesse &
Impossibile, Particulares uero possibile et cōtingens.

Recita partes propositionis Categoricæ.

Propositionis Categoricæ tres numerantur
partes, Subiectum, Copula, Prædicatum.

Subiectum est prima cuiuslibet propositionis
pars, de qua aliquid dicitur, ut si dicatur, Christus est
Deus, ibi Christus est subiectum.

Copula est uerbum substantiuum, uel eius æqui-
pollens, medians inter subiectum & prædicatum,
cum dicitur, Christus est Deus, ibi Est pro copula re-
putatur.

Prædicatum est postrema pars propositionis,
quæ de priori prædicatur, ut in propositione, Chri-
stus est Deus, Prædicatum est Deus.

Recita partes propositionis Hypotheticæ.

Hypotheticæ propositionis duæ sunt partes,
Antecedens & Consequens.

Antecedens est prior pars, quæ continet condi-
tionem, ut, Si est Deus, est prouidentia, hic antecedens
est, si est Deus.

Consequens est posterior pars, quæ conditioni
annectitur, ut, Si est Deus, est prouidentia, hic conse-
quens uocatur, est prouidentia.

Utilitas quæ

Doctrina de propositionibus principaliter &
immediate prodest ad argumentationes, quia in Syl-
logismis subinde fit mentio de propositionibus Ad-
firmatiuis, Negatiuis, uniuersalibus et particularibus.

Recita differentiam & usum diuisionum.

1. Prima diuisio est substantiæ, secunda qualita-
tis, tertia quantitatis.
2. In explicatione propositionum, uulgo certæ
sunt

sunt interrogatiões, *Quæ, Qualis, Quanta?* Ea de re
uersus est, *Quæ Ca: uel Hyp. Qualis Ne: uel Aff:*
Quant: Vni. Par: In: Sim.

Exempla.

Omnis homo est mendax: Quæ, Qualis, Quanta? Cate-
gorica, Adfirmatiua, Vniuersalis. Par-
tes *quæ?* *Omnis homo est* subiectum, *Est* copulæ uim
habet, *Mendax est* prædicatum.

Iustitia est uirtus. Quæ, Qualis, Quanta? Ca-
tegorica, adfirmatiua, Indefinita.

Voluptas non est summum bonum. Est Cate-
gorica, Negatiua, Indefinita.

Deus erat uerbum, Est Categorica, adfirmati-
ua, singularis: *Partes quæ?* *Verbum est* subiectum,
Deus prædicatum. *Erat* copula.

Peccatum repugnat legi Dei. Est Catego-
rica, Adfirmatiua, Indefinita. *Peccatum est* subiectum
repugnat legi Dei, est copula & prædicatum simul,
& uocatur æquipollens copulæ, quasi dicas, *pecca-*
tum est repugnans legi Dei.

III. CAPVT.

De Oppositionibus propositionum.

Quid?

Oppositio est pugnantia duarum propositio-
num, uel secundum qualitatem, uel secundum quanti-
tatem, uel secundum utramq; simul, ita ut sunt ijdem

E 4

termini

termini in subiecto & prædicato, ut, Imperator uicit, Imperator non uicit.

Species quot & quæ?

Species oppositionum quatuor sunt.

Contrarietas, Subcontrarietas, Subalternatio, Contradictio.

Contrarietas est oppositio duarum uniuersalium secundum solam quantitatem, ut in tabula.

Subcontrarietas est oppositio duarum particularium secundum qualitatem duntaxat, ut in tabula.

Subalternatio est oppositio duarum propositionum secundum solam quantitatem, ut in tabula.

Contradictio est oppositio duarum propositionum, secundum qualitatem et quantitatem simul, ut in tabula.

Conditiones quæ?

I. In propositionibus debent iidem esse termini secundum subiectum & prædicatum.

2. In iisdem debet idem etiam respectus retineri, ne qua ambiguitas oriatur.

Utilitas quæ?

Doctrina de oppositionibus hoc loco traditur & prodest præcipue ad æquipollentias propositionum:

Tabula

Tabula oppositionum.

Omnes homines sunt peccatores	Contrarie	Nulli homines sunt peccatores
----------------------------------	-----------	----------------------------------

Subalterne	Contra	dictoriae	Subalterne
	Contra	dictoriae	

Quidam homines sunt peccatores	Subcontrarie	Quidam homines non sunt peccatores
-----------------------------------	--------------	---------------------------------------

IIII. CAPVT.

De AEquipollentia Propositionum.

Quid:

AEquipollentia est conuenientia propositionis unius ad alteram, ut, Non omnes Cretenses sunt mendaces, pro, Quidam non sunt mendaces.

Recita Regulas.

1. Negatio preposita signo facit equipollere contradictoriae, Ut, non omnes herbae sunt salubres, pro, Quaedam herbae non sunt salubres.

2. Negatio postposita signo facit equipollere contrariae uel subcontrariae, ut, Nemo non est peccator, pro, omnes sunt peccatores.

E S Negatio

3. Negatio præposita & postposita signo facit æquipollere subalternæ, ut, Nonnulla ingenia non sunt pertinacia, pro, Quædam ingenia non sunt pertinacia.

4. In sacris literis peculiare sunt in hoc genere phrasæ, quarum iudicium suis ex fontibus petendum est, ut, Non omnis, pro nullus, Non usq; ad unum, pro, nemo est, Vnum ex his non conteretur, pro, Nulum conteretur.

5. Indefinita propositio alias uniuersali, alias particulari æquipollet, sed iudicium ex resolutione sumitur, ut, Homo est animal, hæc æquipollet uniuersali, quia recte dicitur, omnis homo est animal.

Herbæ sunt salubres homini, hæc æquipollet particulari, quia non recte dicitur, omnes herbæ sunt salubres homini. Sed illud recte dicitur, Quædam herbæ sunt salubres.

6. Singularis propositio in contextu syllogismorum pro particulari reputatur, ut, Petrus est Apostolus.

7. De prioribus æquipollentijs ueligo uersiculus recitari solet,

Præ: Contradic: post: contra, præ: postq;: subalter.

8. In Modalibus eadem sunt regulæ, sed sicut in categoricis signum, ita in Modalibus Modalis particula consideratur, ut, non est necesse hominem cadere, pro, possibile est hominem non cadere.

Utilitas

Vtilitas quæ?

Doctrina de æquipollentijs præcipue prodest ad resolutionem propositionum quarundam obscuriorum, quæ hac ratione fiunt nonnunquam illustriores, Inprimis in categoricis ualet, deinde locum etiam in Modalibus habet.

V. CAPVT. De Conuersione.

Quid?

Conuersio est commutatio propositionis faciens ex prædicato subiectum, & ex subiecto prædicatum, ut, *Omnis homo est animal. Quoddam animal est homo.*

Modi quot & qui?

Modi Conuersionis tres sunt, conuersio simplex, Conuersio per accidens, Conuersio per contrapositionem.

Conuersio simplex est transpositio terminorum, ita ut maneat eadem qualitas & quantitas, ut, *Nullum uiolentum est diuturnum, Nullum diuturnum est uiolentum.*

Conuersio per accidens est transpositio terminorum, ita ut qualitas maneat, sed quantitas mutetur, ut *Omnis Virtus est habitus, Quidam habitus est Virtus.*

Conuersio

Conuersio per contrapositionem est trans-
positio terminorum, ita ut utroque particula ne-
tiua addatur, ut, Omnis homo est animal: Quic-
quid non est animal, non est homo.

Recita Regulas.

1. Vniuersalis affirmatiua constans prædicatio-
ne integræ definitionis, simplici conuersione conuer-
titur, ut, omnis homo est animal rationale, Omne
animal rationale est homo.
2. Vniuersalis affirmatiua constans prædicatio-
ne Differentiæ Specificæ conuertitur simpliciter, ut,
Omnis iustus tribuit suum cuiilibet, omnis tribuens
suum cuiilibet est iustus.
3. Vniuersalis affirmatiua extra modos recita-
tos conuertitur per accidens, ut, omnis stella est
Substantia, Quædam substantia est stella.
4. Negatiuæ propositiones semper simplici con-
uersione conuertuntur, ut, Nullum uiolentum est
perpetuum, Nullum perpetuum est uiolentum.
5. Particulares propositiones semper simplici
conuersione conuertuntur, ut, Quidam mali sunt in
Ecclesia, Quidam qui sunt mali, sunt in Ecclesia.
6. Indefinita pro ut æquipollet, ita conuertitur,
ut iusticia reddit suum cuiilibet, Reddens suum cuiilibet
est iusticia, Iusticia est Virtus, Quædam Virtus est iusti-
cia, Poeni sunt foedifragi, Quidam foedifragi, sunt Poeni.
7. Singularis uel singulariter uel particulari-
ter con-

ter conuertitur, ut, Filius Dei est uerbum, uerbum est
Filius Dei. Sol est Planeta, Quidam Planeta est
Sol.

Vtilitas quæ?

Duo priores modi principaliter & immediate
profunt ad reductiones sygillismorum, quæ in sola
conuersione consistunt.

Postremus modus in Topicis locum habet, in re-
ductione uero nihil agit.

VI. CAPVT.

De Syllogismo in genere.

Quid?

Syllogismus est argumentatio constans tribus
propositis, quibus syllogismi more distinctis & sub-
sumptis, ut,

Omne uinum calefacit,

Hoc est uinum,

Ergo hoc calefacit.

Quotuplex?

Syllogismus alius est Categoricalis Communis,
alius Expositorius, alius Hypotheticus, alius Copula-
tiuus, alius Disiunctiuus, alius Modalis.

Partes quot & quæ?

In Syllogismo duplex est partium conside-
ratio, alia propositionum, alia terminorum.

Propo

Propositiones quot & quæ?

Propositiones syllogismi tres sunt, Maior, Minor, Conclusio.

Maior est prima propositio, ex qua cæteræ subsumuntur, ut, *Omne uinum calefacit.*

Minor est propositio secunda, in qua una pars Maioris subsumitur, ut *hoc est uinum.*

Conclusio est tertia propositio subsumpta ex minore & maiore, habens initio coniunctionem rationalem, Ergo uel igitur, ut *Ergo hoc calefacit.*

Quid est de terminis sentiendum?

Terminus est unum aut alterum uocabulum & quasi pars propositionis, ut, *Vinum, calefacit, hoc.* In terminis uarietas est pro diuersa syllogismorum differentia, ideoq; in sequentibus de hac re est dicendum.

Conditiones quæ?

In omni syllogismo primum hoc requiritur, ut materia uera sit & bona. Deinde connexio consentire debet ad capita cuiuslibet Speciei, de quibus deinceps.

VII. CAP. VI.

De Syllogismo categorico communi.

Quid?

Syllogismus communis est argumentatio constans tribus propositionibus & totidem terminis mutuo commixtis, sic ut tertia propositio uim conclusionis obtineat, ut, Stellæ

*Stella est corpus simplex,
Cometa non est corpus simplex,
Ergo cometa non est stella.*

Propositiones quot & quæ?

Propositiones Syllogismi tres sunt, Maior, Minor, conclusio, sicut ante traditum.

Termini quot & qui?

Termini syllogismi communis tres sunt, Maior, Minor, Medius.

Maior est qui tantum in Maiori propositione ponitur, ita ut in minori non repetatur sed in conclusione, ut Stella in superiori exemplo.

Minor est qui propositione Maiore neglecta tantum in minori ponitur & tandem in conclusione repetitur, ut cometa in priori exemplo.

Medius est qui bis ponitur ante conclusionem & repetitur in utraq; præmissarum, sed non in conclusione, ut Corpus simplex.

Capita doctrinæ Syllogisticæ quot & quæ?

Capita tria sunt, doctrina de regulis consequentiæ, de figuris, de modis.

Quomodo conficitur?

Primum inveniendus est medius terminus, ut ante dictum. Secundo medius ille terminus applicabitur prædicato datæ propositionis, pro ut applicari patitur & ita fit maior.

Tertia

Tertio applicatur etiam subiecto datæ propo-
sitionis, & ita fit minor. Tandem propositio probabilis sub conclusionis forma assumitur, ut, propositio
probabilis est, Anima non est numerus, Medius ter-
minus est quantitas, Applicatio fit,

Numerus est quantitas,

Anima non est quantitas,

Ergo Anima non est Numerus.

Conditiones quæ?

Ad probitatem syllogismi generaliter id requi-
ritur, ut ad capita formæ consentiat, quæ sunt Regule
consequentiarum, figura & modus. Non consenti-
ens cum ijs dicitur esse uiciosus in forma.

VIII. CAPVT. 6

De consequentia Syllogismi.

Consequentia syllogismi est connexio pro-
positionum syllogismi iuxta regulas generales, figu-
ram & modum.

Recita Regulas generales de iuxta connexione.

Regule consequentiarum ualde multe sunt
sed hic usitatissimas recitare satis est.

I.

In syllogismo tantum tres debent esse pro-
sitiones, ut,

Omnis

Opportet
1=

propositio
ter=

Omnis homo est creatura Dei,
Nos sumus homines,
Ergo nos sumus creatura Dei.

II.

In syllogismo communi tres debent esse termini, idque semper & tantum, ut,

Stella est corpus simplex,
Cometa non est corpus simplex,
Ergo Cometa non est Stella.

III.

In Propositionibus, uel omnes, uel ad minus unam oportet affirmatiuam esse, ut,

Nulla creatura Dei est mala,
Adfectus per se sunt creatura Dei,
Ergo adfectus per se non sunt mali.

IIII.

In Propositionibus, uel omnes, uel unam ad minus oportet uniuersalem esse, ut,

Omnes peccatores sunt rei iræ Dei,
Omnes homines sunt peccatores,
Ergo omnes homines sunt rei iræ Dei.

V.

In terminis debet esse perspicuitas sine ambiguitate, ut,

Aeternum est, quod caret principio & fine,
Deus est æternus,
Ergo Deus caret principio & fine.

VI.

In terminis iusta debet applicatio fieri, **Quæ**
quilibet bis sumatur, ut,

Vim vi repellens recte facit,

Defendens se contra latronem vim vi repellit,

Ergo defendens se contra latronem recte facit.

VII.

In Minore uidendum est, ut iusta fiat subsum-
ptio, uel ut debita debitis iungantur, ut,

Cognitio uirtutum est necessaria,

Ethica est cognitio uirtutum,

Ergo Ethica est necessaria.

VIII.

In Conclusionem iusta subsumptio fieri debet, ita
ut nec plus nec minus, nec aliud sumatur, **Quæ** am fuit in
premissis, ut,

Regnum cœlorum competit credentibus,

Infantum est regnum cœlorum,

Ergo Infantes sunt credentes.

**Recita Regulas de uiciosa
connexione.**

Ex precedentibus Regulis **Alie** quedam, **et**
contrarie subsumi possunt, quæ ut frequentes sunt,
ita omitti non debent.

I.

Ex quatuor uel pluribus terminis nihil sequi-
tur, ut,

Apo

Apostoli sunt ministri Dei,
Paulus est Persecutor,
Ergo Paulus est minister Dei.

II.

Ex puris negatiuis non ualet consequentia, ut,
Angeli mali non sunt reconciliati Deo,
Christiani non sunt Angeli mali,
Ergo Christiani non sunt reconciliati Deo.

III.

Ex puris particularibus non ualet consequentia, ut,

Quidam Imperatores sunt boni,
Nero est Imperator,
Ergo Nero est bonus.

IIII.

Ex terminis ambiguus non ualet consequentia,
ut,

Liberi non dant tributum,
Christiani sunt liberi,
Ergo Christiani non dant tributum.

V.

Ex Minore non recte subsumpta, non ualet consequentia, ut,
Cuiuslibet contradictionis tantum altera pars est uera,
Anabaptistica doctrina est altera pars contradictionis,
Ergo illa est uera.

VI.

Ex conclusione non recte subsumpta non ualet
consequentia, ut,

Ecclesia Dei seruabitur,

Semen Abrahamæ est Ecclesia Dei,

Ergo semen Abrahamæ sic seruabitur, ut non
deleatur politia Mosaica.

Utilitas quæ:

Doctrina de Regulis consequentiae habet utili-
tatem in iudicandis Syllogismis, utrum recte an male
cohereant.

IX. CAPVT.

De figuris Syllogismorum.

Quid:

Figura est dispositio quaedam medij termini se-
cundum ordinariam subiectionem & prædicationem.

Quot:

Figure Syllogismorum tres sunt, & uocantur,
Prima, Secunda, Tertia.

Prima medium terminum subijcit & prædicat,

Secunda prædicat tantum,

Tertia subijcit tantum.

Utilitas quæ:

Figurarum explicatio principaliter & totaliter
prodest ad Syllogismi formam seu consequentiam.

Itaq; omnis Syllogismus, qui figuram habet,
partem aliquam bonæ formæ uel consequentiæ habe-
re censetur.

Qui

Qui non habet figuram, is quoad formam, omni-
ni non ualet.

X. CAPVT. De Modis figurarum.

Quid?

Modus est ordo figuræ secundum qualitatem
& quantitatem propositionum.

Quot?

Modi toto numero quatuordecim in usu sunt,
quorum nomenclaturæ et ordines his uersiculis con-
tinentur,

Barbara, Celarent, Darij, cum Ferio, primæ.

Cesare, Camestres, Festino, Baroco, secundæ.

Tertia grande sonans recitat, Darapti, Felapton.

Adiungens Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Recita Regulas de Modis.

1. Appellationes Modorum hoc loco tantum
sunt artificiales, & ualent duntaxat propter syllabas
& literas, quas continent.
2. Syllabæ Modorum tres sunt per totum, Voca-
les quatuor A I O, Consonantes initiales quatuor,
B C D F, Cæterarum consonantium significatiuæ
quatuor, S P M C.
3. Syllabæ significant numerum & seriem pro-
positionum, ac eatenus quælibet syllaba quamlibet
propositionem designat.

4. Vocales significant qualitatem et quantitatem
in propositionibus. Ea de re uersiculi sunt,

Asserit A, negat E, sed uniuersaliter ambæ,

Asserit I, negat O, sed particulariter ambæ.

5. Consonantes initiales significant Modos in re=
ductione conuenientes, & eatenus secundæ & tertie
figuræ Syllogismi reducuntur ad Modos primæ se=
cundum conuenientiam literarū initialium.

6. Consonantes intermedie docent de forma &
ratione reductionis. Ea de re uersiculi sunt,

Simpliciter uerti uult S, P, uero per acci,

M uult transponi, C per impossibile duci.

XI. CAPVT.

De prima Figura.

Quid?

Prima Figura est dispositio propositionum,
in qua medius terminus est subiectum in maiori &
prædicatum in minori, ut,

Omne animal est substantia,

Omnis homo est animal,

Ergo omnis homo est substantia.

Modi quot & qui?

Modi primæ Figuræ quatuor sunt, iuxta uersum,
Barbara, Celarent, Darij, cum Ferio, primæ.

Barbara primus Modus habet uocalem A, & ob
id omnes propositiones sunt uniuersales adfirmatiuæ.

Celarent

Celarent secundus Modus habet E A E, & ob
id Maior est uniuersalis negatiua, Minor uniuersalis
affirmatiua, Conclusio uniuersalis negatiua.

Darij tertius Modus habet A I I, ideoq; Maior
est uniuersalis affirmatiua, Minor particularis affir=
matiua, sic & Conclusio.

Ferio habet E I O, & eatenus Maior est uni=
uersalis negatiua, Minor particularis affirmatiua,
Conclusio particularis negatiua.

Recita Regulas de consequen= tia primæ Figuræ par= ticulares.

1. In prima Figura debet medius terminus subijci
& prædicari.
2. In prima Figura semper Maior debet uniuers=
salis esse.
3. In prima Figura Minor semper adfirmatiua
debet esse.
4. In prima Figura à Maiori particulari, à Minore
negatiua non ualet consequentia.

Exempla.

I.

Bar Omne animal est substantia,
ba Omnis homo est animal,
ra Ergo omnis homo est substantia.

II.

F 4

Ce Nul

Ce Nullum Meteoron est Stella,
la Omnis Cometa est Meteoron,
rent Ergo nullus Cometa est Stella.

III.

Da Omnes seditiosi sunt puniendi,
ri Catilina est seditiosus,
i Ergo Catilina est puniendus.

IIII.

Fe Nulla Monarchia temporalis est perpetua,
ri Romanū regnū est Monarchia temporalis,
o Ergo Romanū regnum non est perpetuum.

XII. CAPVT. De Figura secunda. Quid?

Secunda Figura est dispositio propositionum,
in qua medius terminus est prædicatum in utraq;
premissarum, maiori scilicet & minori, ut,

Nulli pij sunt blasphemii,
Omnes Iudæi sunt blasphemii,
Ergo nulli Iudæi sunt pij.

Modi quot & qui?

Modi secundæ figuræ quatuor sunt, iuxta uer-
sum,

Cesare, Camestres, festino, Baroco secundæ.

Cesare primus Modus habet EAE, & ob id
Maior

Maior est uniuersalis negatiua, Minor uniuersalis
affirmatiua, Conclusio uniuersalis negatiua.

Camestres habet A E E, eius Maior est uniuersalis
affirmatiua Minor uniuersalis negatiua, Sic &
Conclusio.

Festino habet E I O, eius Maior est uniuersalis
negatiua, Minor particularis affirmatiua, Con-
clusio particularis negatiua.

Baroco habet A O O, & ob id Maior est
uniuersalis affirmatiua, Minor particularis negati-
ua, sic & Conclusio.

Recita Regulas de consequentia secundæ figuræ particu- lares.

1. In secunda figura medius terminus prædicari
tantummodo debet.
2. In secunda figura semper Maior uniuersalis
debet esse.
3. In secunda semper altera præmissarum ne-
gatiua debet esse.
4. In secunda A Maiori particulari, & A præ-
missis affirmatiuis nihil concluditur.

Exempla.

Ces Nulla scientia est uirtus,
a Fortitudo est uirtus,
re Ergo Fortitudo non est scientia.

F 5 Cda

II.

Ca Omnes opiniones sunt in cerebro,
mes Nulli affectus sunt in cerebro,
tres Ergo Nulli affectus sunt opiniones.

III.

Fes Nullum corporale regnum est æternum,
ti Christi regnum est æternum.
no Ergo Christi regnum non est corporale.

III.

Ba Omnia perpetua temporis cōditione carent,
roc Mosaica Politia nō caret cōditione temporis,
o Ergo Mosaica Politia non est perpetua.

XIII. CAPVT.

De Tertia figura.

Quid?

Tertia figura est dispositio propositionum, in qua medius terminus est subiectum in utraq; premissarum, ut,

Cognitio uirtutum est necessaria,

Cognitio uirtutum est Philosophia,

Ergo Philosophia est necessaria.

Modi quot & qui?

Modi tertiæ figuræ sex sunt, Darapti, Felapton, Disamis, Datifi, Bocardo, Ferison.

Descriptiones horum modorum ex superiorum collatione conspicuæ sunt, & satis est ad literas attendere.

Recita

**Recita Regulas Tertiæ
figuræ.**

1. In tertia figura medius terminus subijci de-
bet in utraq; præmissarum.
2. In tertia figura necesse est alteram præmissa-
rum uniuersalem esse.
3. In tertia figura semper oportet minorem
adfirmatiuam esse.
4. Conclusio tertiæ figuræ debet esse particu-
laris.
5. In tertia figura a puris particulisibus, a mi-
nori negatiua, a Conclusionem uniuersali non ualet
consequentia.

Exempla.

I.

Da
rap
ti Noticia Christi oritur ex Euangelio,
 Noticia Christi est uita æterna.
 Ergo uita æterna oritur ex Euangelio.

II.

Fe
lap
ton Nulla uirtus est uituperanda,
 Omnis uirtus paratur labore,
 Ergo Quiddam, quod paratur labore, non
 est uituperandum.

III.

Dis
am
is Quædam iniurie sunt condonandæ,
 Omnis iniuria est iniusticia,
 Ergo quædam iniusticia est condonanda.

IIII.

Dd=

Da
tis
i
Omnis magistratus est honore adficiendus,
Quidam magistratus est morosior aliquan-
Ergo quidam morosi sunt honore adficiendi.

V.

Boc
ar
do
Prouocatio non est reprehendenda,
Prouocatio est certare in iudicio,
Ergo certare in iudicio non est reprehendendum.

VI.

Fe
ris
on
Nulla seruitus est bona,
Quaedam seruitus est obligatio perpetua,
Ergo quedam obligatio perpetua non est bona.

XIIII. CAPVT. De Syllogismo Expositorio.

Quid est

Syllogismus Expositorius est argumentatio syllogistica congruens cum tertia figura, sed constans subiectis premissarum singularibus uel indiuis, ut,

Hoc urit,
Hoc est ignis,
Ergo ignis urit.

Quid sentiendum de
Modis est

Modi peculiare non sunt, sed in ea re consentit

sentit cum tertia figura, nisi alium affirmatiuum,
aut negatiuum dicamus.

Recita Regulas de Conse- quentia.

1. In Expositorio semper alteram ad minus oportet equipollere uniuersali, quoad uim uel materiam, & cognoscitur equipollentia ex resolutione, ut, Hoc est ignis, Resoluitur, Omne, quod est huius generis, est ignis.
2. In Expositorio semper minor affirmatiua debet esse.
3. In Expositorijs, si premissarum prædictio necessaria fuerit, licitum est uniuersaliter subsumere, sed si accidentalis fuerit, tantum particulariter subsumitur.
4. Generaliter omnis expositorius debet esse reducibilis ad tertiam figuram, & fit reductio per resolutionem unius uel utriusq; propositionis.
5. In expositorijs a meris particularibus, ut, nunc loquimur, a minori negatiua, a uiciosa conclusione non ualet consequentia.

Exempla bona.

I.

Hoc fugat serpentes,

Hoc est ruta,

Ergo ruta fugat serpente.

Latro

II.

Latro in cruce recipitur a Christo,

Latro in cruce agit poenitentiam in agone
mortis,

Ergo quidam poenitentes in agone mortis
recipiuntur a Christo.

III.

Lucas est Euangelista,

Lucas est Medicus,

Ergo quidam Medicus est Euangelista.

Exempla mala.

I.

Quaedam essentia diuina est pater,

Quaedam essentia diuina est filius,

Ergo filius est pater,

Non ualet quia procedit ex meris particula-
ribus.

II.

Hoc est qualitas,

Hoc non est color,

Ergo color non est qualitas,

Non ualet quia minor est. gatiua.

III.

Oeconomus laudatur,

Oeconomus est fur,

Ergo omnes fures laudantur,

Non ualet, quia conclusio non recte subsumi-
tur, sic debebat, Ergo quidam fur laudatur.

XV. CA=

XV. CAPVT.

De Enthymemate.

Quid?

Enthymema est argumentatio constans ex duabus propositionibus, habens in priori medium terminum cum uno aliquo termino posterioris, ut,

Verres est fur,

Ergo uerres est puniendus.

Propositiones quot & quæ?

Propositiones in Enthymemate duæ sunt, Antecedens & Consequens.

Antecedens est prior propositio, quæ præmissæ uim obtinet, ut, Verres est fur.

Consequens est posterior propositio, quæ Conclusionis uim habet, ut, Ergo Verres est puniendus.

Termini quot & qui?

Termini tres sunt, unus medius & duo extremi. Medius est qui in Antecedente sine repetitione consequentis ponitur, ut, fur.

Extremi uocantur subiectum & prædicatum consequentis, inter quæ medius quasi mediator est, ut, Verres, Puniendus.

Quomodo conficitur?

Data propositione quæritur medius terminus ex Topicis. Cum medio termino inuento coniun-

coniungitur unus aliquis terminus datae propositionis, & ea fit praemissa. Ex his iusta serie distributis, Enthymema conficitur.

Recita Regulas de Consequen- tia.

1. *Omne Enthymema debet consentire ad Regulam aliquam Topicam eius loci, unde sumptum est argumentum, ut,*

Deus est autor Philosophiae,

Ergo Philosophia est bona.

Valet consequentia per Regulam, Cuius autor re uera bonus, ipsum quoque bonum est.

2. *Enthymemata debent aliquomodo reducibilia esse ad bonos syllogismos, ut,*

Spiritus Sanctus habet parem potentiam cum Patre & filio.

Ergo Spiritus Sanctus est Deus una cum Patre & filio.

3. *In Enthymemate non consentiente ad Maximam uel aliam quandam Regulam non est consequentia bona, ut,*

Animal hic est, &

Ergo homo hic est.

Non ualet, quia a generis positione ad positionem speciei non semper ualet consequentia.

Vsus quis:

*Enthymematis duplex est usus, primum cum
tertia*

tertia propositio facile cuius est obuia. Secundo cum
durior esset futura Syllogismi constitutio.

Exempla.

I.

Vinum calefacit,

Ergo non frigefacit.

II.

Christus resuscitat mortuos,

Ergo Christus est Deus.

III.

Omnes seditiosi sunt puniendi,

Ergo Catilina est puniendus.

XV. CAPVT.

De Inductione.

Quid?

Inductio est argumentatio constans duabus
propositionibus, habens in priore uel singularium,
uel partium, uel specierum enumerationem et infe-
rens in posteriore, uel uniuersale, uel totum, uel ge-
nus, ut,

Orthographia, Etymologia, Syntaxis et Proso-

dia de accentibus sunt res omnino necessariae,

Ergo tota Grammatica est necessaria.

Propositiones quot &

quæ?

Inductionis generaliter sunt duæ propositiones,

G

Antea

Antecedens & Consequens, & horum ratio cum
Enthymemate consentit.

Termini quot &
qui?

Termini summam loquendo tres sunt,
Medius constans enumeratione & Extremi
duo, sicut in Enthymemate.

Quomodo conficitur?

Data propositione medius terminus quæri-
tur, & sumitur potissimum ex loco diuisionis. Cum
termino medio coniungitur prædicatum datæ pro-
positionis & fit præmissa. Ex his mutuo distributis
tota conficitur inductio.

Recita Regulas de Con-
sequentia.

- 1 Omnis Inductio debet conuenire ad aliquam
regulam Topicam in loco diuisionis.
- 2 Omnis Inductio debet integram & sufficien-
tem in suo ordine enumerationem habere.
- 3 In Inductione si quid breuitatis gratia præ-
termittitur, addenda est formula vniuersalitatæ, ut,
Nec reperitur exemplum dissimile, Et si quæ sunt re-
liquæ partes, Et si quæ sunt aliæ species, Et reliqua
huius ordinis.
- 4 In Inductione si quod dissimile omittitur, ut
possit instantia dari, non ualet consequentia, ut,
Iohan=

Iohannes, Iacobus, Petrus & alij pleriq; Apo-
postoli fuerunt pij.

Ergo omnes Apostoli fuerunt pij.

Non ualet, quia potest dari exemplum
dissimile in Iuda.

Ufus quis?

Inductiones tunc potissimum usurpantur, quan-
do ex loco diuisionis communis aliqua sententia pro-
banda est, ut, Tota Philosophia est necessaria.

Hic probatio sumitur ex loco diuisionis, quia artes
dicendi, Physica & Ethica sunt necessariae.

Exempla.

I.

Definitio, Diuisio, Argumentatio, Confuta-
tio sunt necessariae.

Ergo tota Dialectica est necessaria.

II.

Vinum Maluaticum, Alcantarense, Austria-
cum, Rhenanum, & nostrate calefacit, Nec reperi-
tur in uino exemplum dissimile,

Ergo omnia uina calefaciunt.

XVII. CAPVT.

De Exemplo.

Quid?

Exemplum est argumentatio constans duabus
propositionibus, habens in antecedente exemplum ex
alterius facto, in consequente uero accommodatio-
nem ad alios, ut,

G 2

Chri-

Christus non fuit acceptus in patria,
Ergo nec nos sumus accepti in patria

Propositiones quot & quæ?

Propositiones Exempli duæ sunt, Antecedens
& Consequens, & habent se sicut in Enthymemate.

Termini quot & qui?

Termini tres sunt, Medius constans exemplo
singulari & duo termini consequentis.

Quomodo conficitur?

Data propositione medius terminus quaeritur &
sumitur potissimum ex loco Exempli. Cum illo exem=
plo singulari iungitur prædicatum datæ propositio=
nis & fit præmissa. Ex his mutuo distributis Exem=
plum conficitur.

Recita Regulas de conf quentia.

1 In exemplis præstandum est, ut bona & irre=
prehensibilia sumantur.

2 In exemplis debet esse similitudo circumstan=
tiarum.

3 In iisdem debent iisdem termini retineri serua=
to tamen modo bonæ accommodatiõnis.

4 A uiciosis exemplis, à dissimilibus exemplis, à
facto ad ius, uel præceptum, uel debitum, uel coactio=
nem non ualet consequentia, ut,

Aaron postulanti populo fecit uitulum aureum,
Ergo & nos facere debemus.

Vsus

Vsus quis?

Exempli forma tunc utimur, quando ex loco exempli similis probandum est alterum consimile factum.

Quomodo differunt Enthymema, Inductio & Exemplum?

Magna est cognatio trium illarum specierum & omnino formam habent eandem, sed differunt solius materiae siue locorum ratione, sicut ea de re satis iam est admonitum.

Exempla.

I.

Iacob cessit irae fratris,
Ergo & nobis licitum est cedere irae Tyrannorum

II.

Dauid gessit bellum pro defensione religionis, patriae & sui,
Ergo & nostro magistratui idem est in simili casu licitum.

III.

Abraham credidit & imputatum est ei ad iustitiam,
Ergo & nobis, si credimus, ad iustitiam imputatur.
Abraham non potuit sine calamitatibus esse,
Ergo nec nos possumus.
Abrahae fuit licitum habere diuitias,
Ergo & nobis est licitum.

G 3

Abraha

Abraham habens mandatum de mactatione
filiij, cogebatur parere Deo,
Ergo & nos habentes mandatum simile cogimur parere Deo.

XVIII. CAPVT.

De Sorite.

Quid?

Sorites est argumentatio constans tribus uel pluribus propositionibus, habens prædicatum prioris propositionis pro subiecto posterioris propositionis, assumens in conclusione terminos omnium extremos cum copulis principalibus seu intermedijs, ut,

Homo est animal,

Animal est substantia,

Ergo homo est substantia.

Propositiones quot & quæ?

Propositiones ad minus tres esse debent, sed possunt esse plures, Ex his præmissæ uocantur, Prima, Secunda, Tertia, & sic deinceps. Ultima uocatur Conclusio.

Termini quot & qui?

Terminorum numerus uariat pro ratione propositionum, ex quibus duo sunt extremi, reliqui uero intermedij.

Quomodo conficitur?

Primum sumitur subiectum datæ propositionis
& col=

et collocatur in primam aciem. Deinde sumuntur
termini, uel unus uel plures. Postea facta gra-
datione adiungitur prædicatum datæ propositionis,
ac ita tandem assumptis terminis extremis Conclusio
quædam infertur.

Recita Regulas de Consequentia.

1 Omnis Sorites debet secundum gradationem
procedere.

2 In Sorite regulariter totum prædicatum pri-
oris in posteriori secundum omnes sui portiones re-
peti uel subsumi debet.

3 In subsumptionibus uel repetitionibus prædica-
torum debet retineri similis et eadē ratio uocabulorum.

4 In Sorite si copulæ propositionum diuersæ sunt, ne-
cesse est in conclusione terminos extremos cum copulis
uel uerbis intermedijs, quatenus memorabilia sunt,
assumi.

5 In Sorite requiritur idem dicendi modus, et eadē
dem connexionis ratio.

6 In Sorite prima propositio regulariter affir-
matiuæ, ultima præmissarum indifferens, intermediæ
uero regulariter affirmatiuæ debent esse.

7 Primam propositionem affirmatiuam oportet
esse propter similitudinem primæ figuræ, in quam si
resoluatur, fit ex prima Soritæ negatiua minor in
prima.

8 In Sorite à mala subsumptione prædicato-
rum,

rum, à mala assumptione conclusionis, à diuerso modo dicendi, à prima uel medijs negatiuis, non est regularis consequentia.

9 Nonnunquam unius particule ex prædicato subsumptio conceditur, sed uidendum ut fiat iusta assumptio in conclusione, ut,

Tribulatio parit spem,

Spes non confundit,

Ergo tribulatio parit quiddam non confundens.

10 Nonnunquam à prima negatiua sequitur aliquid, sed irregulariter & improprie. Et ratio est, quia idem Sorites reductus ad primam figuram eandem Conclusionem infert, nihilominus est irregularis consequentia, propter minorem negatiuam, ut,

Homo non est numerus,

Numerus est quantitas,

Ergo homo non est quantitas.

11 Nonnunquam ab intermedijs negatiuis sequitur aliquid, sed fortassis irregulariter & improprie, ut,

Homo est animal,

Animal non est Cometa,

Cometa est Meteoron,

Ergo homo non est Meteoron.

Exem=

Exempla bona.

I.

Modestia est uirtus,
Virtus est habitus,
Habitus est qualitas.
Ergo modestia est qualitas.

II.

Finis hominis est actio uirtutis,
Actio uirtutis est obedire Deo,
Ergo Finis hominis est obedire Deo.

III.

Cantharus continet uinum,
Uinum calefacit uentriculum,
Ventriculus est membrum in corpore,
Ergo cantharus continet calefaciens mem-
brum existens in corpore.

Exempla mala.

I.

Homo est substantia,
Non substantia est accidens,
Ergo homo est accidens,
Non ualet quia fit mala subsumptio prædi-
cati.

II.

Sacramenta operantur per fidem.
Fides est in uoluntate,
Ergo Sacramenta sunt in uoluntate,
Non ualet quia secunda propositio nõ recte
subsumitur.

III.

Euangelium est doctrina scandalosa,
Doctrina scandalosa non est recipienda,
Ergo Euangelium non est recipiendum,
Non ualet quia modus dicendi differt.
Prima ualet per accidens, Secunda per se.

IIII.

Cometa non est stella,
Stella est substantia,
Ergo cometa non est substantia.
Non ualet, quia prima est negatiua.

V.

Homo est animal,
Animal non est lapis,
Lapis est substantia,
Ergo homo non est substantia.
Non ualet propter intermediam negatiua
nam.

XIX. CAP. VI.
De Syllogismo Hypothetico.

Quid est

Syllogismus hypotheticus est argumenta-
tio constans tribus propositionibus, habens in maio-
ri propo-

ri propositionem hypotheticam, in reliquis uero ca-
tegoricas subsumptas, ut,

Si est Deus, gubernat,

Sed est Deus,

Ergo gubernat.

Propositiones quot &
quæ?

Propositiones hypothetici Syllogismi tres sunt,
Maior, Minor, Conclusio, ut in alijs Syllogismis.

Termini quot & qui?

In hypotheticis tantum duo debent esse termi-
norum ordines, Antecedens scilicet & Consequens,
quorum descriptio est in doctrina propositionis tra-
dita.

Quomodo conficitur?

Ex medio termino inuento & conclusione
conficitur hypothetica propositio, & ea est maior.
Deinde ex hypothetica medius terminus subsumitur,
& fit minor. Tandem infertur conclusio, ex eo quod
de hypothetica supererat.

Modi quot & qui?

Modi sunt sex, A positione uel subsumptione
antecedentis ad positionem uel subsumptionem con-
sequentis,

A positione uel subsumptione consequentis
ad positionem uel subsumptionem Antecedentis,

A remotione

A remotione consequentis ad remotionem Antecedentis,

A remotione antecedentis ad remotionem consequentis,

A|positione ad remotionem,

A|remotione| ad positionem.

Recita regulas de consequentia.

1. In hypotheticis semper maior conditionalis, reliquæ uerò categoricæ debent esse.
2. In hypotheticis semper Maioris oportet necessariam consequentiam esse.
3. In iisdem minoris & conclusionis debet esse iusta subsumptio.
4. In primo modo, A subsumptione antecedentis ad subsumptionem consequentis requiritur, ut Maioris connexio sit uera & firma.
5. In secundo modo, A subsumptione consequentis ad subsumptionem antecedentis requiritur, ut Maior sit conuertibilis.
6. In tertio modo, A remotione consequentis ad remotionem antecedentis requiritur, ut in maiore sit connexio bona.
7. In quarto modo, A remotione antecedentis ad remotionem consequentis requiritur, ut maior sit conuertibilis.
8. In quinto modo, A positione ad remotionem satis

nem satis est maiorem mediocri consequentia cohæ-

9. In sexto modo, A remotione ad positionem
necesse est maiorem conuertibiliter cohærere.

10. In hypotheticis A confusione partium, A
terminorum pluralitate, Ab indebita conditionali-
um & categoricarum collocatione, A maioris non
necessaria consequentia, A minoris non iusta sub-
sumptione, A conclusionis uiciosa assumptione, A
neglecta modorum proprietate, non est bona conse-
quentia.

Exempla bona.

I.

Si iuuamur à Deo, habet curam nostri,
Sed iuuamur à Deo,
Ergo habet curam nostri.

II.

Si creator non est malus, etiam creatura non
est mala,
Sed creator non est malus,
Ergo creatura non est mala.

III.

Si non est iusticia originalis in nobis, cer-
tum est nos iræ Dei propter infidelitatem
doni commissi obnoxios esse,
Sed non est iusticia originalis in nobis,

Ergo

Ergo certum est nos iræ Dei propter infidelitatem doni commissi obnoxios esse.

I I I I.

Si Aristides est iusticia præditus, necesse est eum suum, cuiq; tribuere,

Sed suum cuiq; tribuit,

Ergo est iustitia præditus.

V.

Si creator non est malus, etiam creatura non est mala,

Sed creatura non est mala,

Ergo creator non est malus.

V I.

Si lex terret, non consolatur,

Sed non consolatur,

Ergo terret.

V I I.

Si ex lege est iusticia, Christus frustra mortuus est,

Sed Christus non est frustra mortuus,

Ergo ex lege non est iusticia.

V I I I.

Si Deus est corporea substantia, tunc tantum corpore colendus est,

Sed non est corporea substantia,

Ergo non est tantum corpore colendus.

I X.

Si non

Si non gratis iustificamur, tunc promissio
est irrita,
Sed iustificamur gratis,
Ergo promissio non est irrita.

X.

Si cygnus est coruus, tunc non caret nigredine,
Sed caret nigredine,
Ergo cygnus non est coruus.

XI.

Si Euangelium terret, iam non consolatur,
Sed non terret,
Ergo consolatur.

XII.

Si non iustificamur gratis, tunc promissio
est irrita,
Sed promissio non est irrita,
Ergo iustificamur gratis.

Exempla mala.

I.

Si est Deus, gubernat,
Sed sunt Angeli in caelo,
Ergo Deus gubernat.
Non ualet, quia fit mala subsumptio & est
pluralitas terminorum.

Si sum

II.

Si sumus perfecti, necesse est omnia opera
nostra Deo placere,

Sed non placent,

Ergo si non sumus perfecti, debemus merito repre=
hendi.

Non ualet, quia est indebita conditionalium
& categoricarum collocatio.

III.

Si sunt aræ, sunt etiam Dij.

Sed sunt aræ,

Ergo sunt dij.

Est apud Lucianum, sed non ualet, quia ma=
ior non coheret necessario.

III.

Si recte sentit, est credendum ei,

Sed semper ita sensit,

Ergo est ei credendum.

Non ualet quia non fit iusta subsumptio
minoris.

V.

Si fortuna uult, fiet consul,

Sed fortuna uult,

Ergo hac ipsa hora fiet consul.

Non ualet, quia conclusio non recte assumi=
tur.

VI.

Si quid ab eo didici, certe debeo illi,

Sed nihil ab eo didici,

Ergo nihil debeo illi.

XX.

XX. CAPVT.
De Syllogismo Disiun-

ctiuo.

Quid?

Syllogismus disiunctiuus est argumentatio con-
stans tribus propositionibus, habens in maiore pro-
positionem disiunctiuam, in ceteris uero Categoricas
subsumptas, ut,

Aut dies est, aut nox,

Sed dies est,

Ergo non est nox.

Propositiones quot &
quæ?

Propositiones tres sunt, Maior, Minor, Conclu-
sio, sicut i superioribus.

Termini quot & qui?

Termini totidem sunt, quot sunt membra dis-
iunctiua, & hæc aliàs duo, alias plura sunt.

Quomodo conficitur?

Primum medius terminus sumitur, uel ex con-
trarijs, uel relatiuis, uel disparatis. Ex medio termi-
no & propositione probabili conficitur Maior. De-
inde medius ad minorem subsumitur, & ita tandem
infertur Conclusio.

Modi quot & qui?

Modi duo sunt, nempe, A positione ad remotio-
nem, A remotione ad positionem.

H

Reci-

Recita Regulas de Consequencia.

- 1 In Disiunctiuis semper Maior disiunctiua, reliquæ uero Categoriæ debent esse.
- 2 In Disiunctiuis Maior regulariter integram enumerationem sui ordinis continere debet.
- 3 In iisdem Minor & Conclusio secundum terminos Maioris sine additamento assumi debent, sed in altera negatio accedit.
- 4 In iisdem requiritur, ut ad unum aliquem modorum consentiant.
- 5 In Disiunctiuis, à confusione partium, ab insufficienti enumeratione, à mala subsumptione, à positione ad positionem, à remotione ad remotionem, non est consequentia bona.

Exempla bona.

I.

Aut Christo, aut Belial seruiendum est,
Sed Belial non est seruiendum,
Ergo Christo seruiendum est.

II.

Aut à casu mundus ortus est, aut à mente,
Sed non à casu,
Ergo à mente.

III.

Aut

Aut mundi materia est aeterna, aut ex nihilo con-

Sed est ex nihilo condita,

Ergo non est aeterna.

Exempla mala.

I.

*Aut iure Mosaico, aut Romano, aut omnino non
est fur suspendendus,*

Sed nec iure Mosaico, nec Romano suspenditur,

Ergo omnino non licet.

*Non ualet, quia omittitur ius consuetudinis, &
constitutiones recentiores.*

II.

Aut uoluptas est finis hominis, aut uirtus,

Si uoluptas est, tunc uirtus non est,

Ergo uoluptas est.

Non ualet, quia fit confusio propositionum.

III.

Aut hic implemus legem, aut in altera uita,

Sed implemus in altera uita,

Ergo etiam hic implemus.

Non ualet, quia non habet modum.

IIII.

Aut gratis, aut merito nostro sumus iusti,

Sed merito nostro non sumus iusti,

Ergo nec gratis.

Non ualet, quia non habet modum.

XXI. CAPVT.

De Syllogismo Copulatiuo.

Quid?

Syllogismus Copulatiuus, est argumentatio constans tribus propositionibus, habens in Maiore Copulatiuam, in reliquis uero Categoricas subsumptas, ut,

Et est Deus, & regit res humanas,

Sed est Deus,

Ergo regit res humanas.

Propositiones quot & quæ?

Propositiones tres sunt, Maior, Minor, et Conclusio, sicut in superioribus.

Termini quomodo se habent?

Terminorum totidem sunt ordines, quot sunt membra Copulatiua.

Quomodo conficitur?

Medius terminus inuentus coniungitur cum propositione probabili, & ita fit Maior. Deinde medius subsumitur, & fit Minor. Ac ita tandem inferitur Conclusio.

Modi quot & qui?

Modi tres sunt, nempe, A Subsumptione unius ad Subsumptionem alterius, A Positione ad Remotionem, A Remotione ad Positionem.

Recita

Recita Regulas de Conse- quentia.

- 1 In Copulatiuis Maior copulatiua, reliquæ uero Categoriæ debent esse.
- 2 Membra Copulatiua in Maiore debent esse uera & cognata, ita ut recte & sine uitio se iungi possint.
- 3 In Minore & Conclusionem iusta subsumptio requiritur secundum terminos eosdem.
- 4 In Primo modo requiritur, ut singula membra Maioris sint uel Affirmatiua simul, uel Negatiua.
- 5 In Secundo & Tertio modo requiritur, ut communis nomen ante copulas initio ponatur, uel certe in uno aliquo membro.
- 6 In Copulatiuis, A Confusione partium, A mala coherencia copulae, A mala subsumptione, A mala positionis & remotionis accommodatione, non est bona Consequentia.

Vsus quis:

Vsus admodum rarus est, sed tamen usurpare licet. In primis uero cognationem aliquam cum Hypotheticis habet, adeo ut nonnunquam hi in illos, & illi in hos resolui queant. Sic equipollentes sunt, Et dies est, & nox non est, Si est dies, iam non est nox.

H 3

Exempla

Exempla bona.

I.

Et moriendum est omnibus, & hora incerta est,

Sed est moriendum omnibus,

Ergo hora incerta est.

II.

Nec peccatis caremus, nec à poenis liberi sumus,

Sed non caremus peccatis,

Ergo nec à poenis liberi sumus.

III.

Non est doctus & indoctus,

Sed est doctus,

Ergo non est indoctus.

IIII.

Non est & doctus & indoctus,

Sed est indoctus,

Ergo non est doctus.

V.

Non est & doctus & indoctus,

Sed non est doctus,

Ergo est indoctus.

VI.

Non est & doctus & indoctus,

Sed non est indoctus,

Ergo est doctus.

Exempla

Exempla mala.

I.

Et dies est, & Sol ascendit in Horizontem,
Sed est dies,
Ergo si est dies, ascēdit Sol in Horizontem.
Non ualet, quia fit confusio partium.

II.

Et utiliter Christus homo factus est, & non
est frustra mortuus,
Sed non est frustra mortuus,
Ergo non utiliter homo factus est.
Non ualet, quia non habet modum, nec fit
iusta subsumptio.

III.

Et non uitandi sunt poëtae, & aliquando ue-
ra dicunt,
Sed dicunt aliquando uera,
Ergo uitandi sunt.
Non ualet, quia non fit iusta subsumptio.

H 4

LIBER

LIBER TERTIVS,
DE TOPICA DOCTRINA
seu inuentione Medij.

I. CAPVT.
De Isagoge Topi-
ces.
Quid?

Topica doctrina est explicatio de inueniendo medio termino constans commemoratione locorum.

Locus quid?

Locus est sedes argumenti monstrans, ex quo fonte medius terminus sumendus sit.

Loci quot?

Loci Dialectici triginta tres aliquomodo numerari possunt.

1	Etymologia,	9	Totum,
2	Synonymia,	10	Diuisio,
3	Coniugata,	11	Pars,
4	Definitum,	12	Causa efficiens,
5	Definitio,	13	Causa finalis,
6	Species,	14	Causa materialis,
7	Genus,	15	Causa formalis,
8	Proprium,	16	Effectus,
		17	Ante

17	Antecedentia,	25	Relatiua,
18	Consequentia,	26	Disparata,
19	Connexa siue cir- cumstantia,	27	Conuersio,
20	Accidentia,	28	Contrapositio,
21	Similia,	29	Contrarius sensus,
22	A maiori,	30	Autoritas,
23	A minori,	31	Exemplum,
24	Contraria,	32	Signum,
		33	Comparatio,

Utilitas quæ

Principalis utilitas est, quod profint ad inueniendum medium terminum in probationibus constituendis.

Præterea profunt ad iudicium consequentiarum in Enthymematis, Inductionibus, & Exemplis, idq; propter Regulas quasdam consequentiarum, quæ alioqui Maxime uocantur.

Quomodo inuenitur medius

Terminus

Data propositione probabili immediate ad catalogum recurrendum est. In eo catalogo facienda est collatio loci & terminorum propositionis secundum subiectum & prædicatum. Si locus convenientem materiam suppeditat, debet eadem pro medio termino reputari. Tandem inuento medio, resolutio

H §

lutio

lutio facienda est in certam aliquam speciem argu-
mentationis, prout supra dictum est.

**Quomodo cognoscitur cuius-
libet argumenti lo-
cus?**

Dato argumento, si de loco iudicare libet, im-
mediate medius terminus aspiciendus est. Medius ille
terminus conferendus est ad aliquem terminum Con-
clusionis, & uidendum quo modo mutuo se habeant.
Pro ut habet se medius terminus ad terminum con-
clusionis, ita de loco inuentionis pronuntiandum
est. Nonnunquam ad plures locos reduci potest ar-
gumentum, prout uidelicet medius terminus uel ad
subiectum uel ad prædicatum conclusionis refer-
tur.

Exemplum.

Propositio probabilis est, Philosophia est licita.
Locus primus est ab Etymologia, & is iubet quære-
re Etymologiam Philosophiæ. Etymologia Philoso-
phiæ est amor Sapientiæ. Ista Etymologia suppedi-
tat medium terminum. Inde fit resolutio,

Amor sapientiæ est licitus,
Ergo Philosophia est licita.

II. CAPVT.

De loco

De loco Etymologiae.

Quid est

Etymologia est explicatio de significatione uocis uel deriuatione, ut, λόγος in Iohanne significat personam loquentem.

Exemplum Inventionis.

Amor sapientiae est licitus,

Ergo Philosophia est licita.

Regulae de consequentia generales.

1 Ab Etymologia ad nomen cum affirmatiue, tum negatiue ducuntur argumenta.

2 Etymologia nominis et nomen ipsum eandem uim habent et aequae late patent.

Exempla Consequentiae.

1 Amor sapientiae est,

Ergo Philosophia est.

2 Amor sapientiae non est hic,

Ergo Philosophia non est hic.

3 Ille est peritus literarum,

Ergo Grammaticus.

4 Ille non est peritus literarum,

Ergo non est Grammaticus.

5 Disputatoria est necessaria,

Ergo Dialectica est necessaria.

6 Disputatoria non est contemnenda.

Ergo Dialectica non est contemnenda.

III. CA.

III. CAPVT.
De loco Synonymiæ.
Quid?

Synonymia uocantur uocabula, quæ sunt
eiusdem rei appellationes, ut, Ensis & gladius,
Liber & codex.

Exemplum inuentionis.

Verbum est Deus,

Ergo Christus est Deus.

Regulæ de consequentia
generales.

I A Synonymo ad Synonymon & affirmatiua &
negatiua fiunt argumenta.

2 Synonymiæ eandem uim habent & æque late
patent,

Exempla consequentiæ.

1 Rosmarinus est hic,

Ergo & Libanotis.

2 Rosmarinus non est hic,

Ergo nec Libanotis.

3 Vis rutæ est naturalis potentia,

Ergo Vis rutæ est φυσικὴ ἀρχὴ.

4 Hoc scriptum non est Epistola,

Ergo nec literarum nomine uocari potest.

5 Spiritus Christi est Deus,

Ergo Spiritus Sanctus est Deus.

6 Scriptura Dei non est uituperanda,

Ergo nec sacra scriptura.

CA.

IIII. CAPVT.
De loco Coniugatorum.
Quid?

Coniugata uocantur, que origine conueniunt sed differunt forma, ut, Philosophus & Philosophia.

Exemplum inuentionis.

Philosophum esse est licitum,
Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de consequentia generales.

- 1 A Coniugato ad coniugatum cum affirmatiuum negatiua fiunt argumenta.
- 2 De coniugatis recte subsumptis idem est iudicium.

Exempla consequentiæ.

- 1 Rationale est,
Ergo ratio est.
- 2 Rationale non est hic,
Ergo nec ratio hic est.
- 3 Hoc est rationale,
Ergo in hoc est ratio.
- 4 Hoc non est rationale,
Ergo in hoc non est ratio.
- 5 Milites manentes in officio probantur,
Ergo militia manens in officio probatur.
- 6 Philosophia non est mala,
Ergo Philosophum esse non est malum.

V. CA.

V. CAPVT.

De loco Definiti.

Quid?

Definitum est uox definienda, de qua definitio prædicatur, ut, cum dicitur, homo est animal rationale, Ibi definitum, est homo.

Exemplum Inuentionis.

Nullus Angelus est Deus,

Ergo nullus Angelus est essentia omnipotens, æterna, liberrima &c.

Regulæ de consequentia generales.

- 1 A definito ad definitionem affirmatiue & negatiue argumenta fiunt.
- 2 Definitum et definitio eandem uim habent, & æque late patent.

Exempla Consequentiæ.

- 1 Homo est hic,
Ergo animal rationale est hic,
- 2 Hic non est homo,
Ergo hic non est animal rationale.
- 3 Spiritus Sanctus est Deus.
Ergo est essentia æterna, omnipotens, &c.
- 4 Satyri non sunt homines,
Ergo non sunt animalia rationalia.
- 5 Anima est a Deo,

Ergo

Ergo substantia incorporea, infusa corpori
in creatione est a Deo.

6 Affectus non sunt opiniones,
Ergo motus cordis fugientes malum & se-
quentes bonum non sunt opiniones.

VI. CAPVT. De loco Definitionis.

Quid est

Definitio est oratio, quæ de definito prædi-
catur, ut, homo est animal rationale, hic definitio est
animal rationale.

Exemplum Inventionis.

Doctrina de artibus dicendi, de natura, de
moribus sine dubio est licita.
Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de consequentia generales.

- 1 A definitione ad definitum utroq; modo
argumentamur.
- 2 De definitione & definito idem est iudi-
cium.

Exempla Consequentia.

- 1 Animal rationale est hic,
Ergo homo est hic.

2. In

2 In altera uita non est malum repugnans legi
Dei, offendens Deum, promerens iram Dei re-
mittatur.

Ergo in altera uita non est peccatum.

3 Cometa est substantia imperfecte mixta,
Ergo cometa est meteoron.

4 Spongia nō est substantia animata, sentiens,
Ergo spongia non est animal.

5 Quies sensuum est utilis,
Ergo somnus est utilis.

6 Qualitates cordis persequentes bonum &
fugientes malum, non sunt opiniones,
Ergo nec affectus sunt opiniones.

VII. CAPVT.

De loco Speciei.

Quid?

Species est uocabulum commune generi proxime
subiectum, ut, Modestia sub uirtute, Virtus sub habi-
tu, Habitus sub Qualitate.

Exemplum Inventionis.

Amor non est opinio,

Ergo affectus non est opinio.

Regulæ de consequentia generales.

1 A Specie ad Genus sub statu prædicati affirmati-
ue tantum, sed in alijs modis affirmatiue & negati-
ue argumentamur, cuius simile quiddam apud Aristo-
te. 2. Topic.

2. Spea

- 2 Species habet naturam generis sui.
Species & genus restrictum æquipollent.

Exempla Consequentia.

- 1 Homo est hic,
Ergo animal est hic.
- 2 Homo est hic,
Ergo rationale est hic.
- 3 Leo non est hic,
Ergo quoddam animal non est hic.
- 4 Nulla species animalis est hic,
Ergo animal non est hic.
- 5 Homo non est hic,
Ergo nec rationale est hic.
- 6 Pygmaei sunt homines,
Ergo Pigmaei sunt animalia.
- 7 Pigmaei sunt homines,
Ergo utuntur ratione.
- 8 Satyri non sunt homines,
Ergo non utuntur ratione.
- 9 Homo est substantia,
Ergo animal est substantia.
- 10 Homo est rationalis, incedit erecto corpore,
est capax doctrinae.
Ergo quoddam animal est rationale, &c.
- 11 Fortitudo non est scientia,
Ergo uirtus non est scientia.

I

II

Ho

12 Homo non est brutum uel irrationale,
Ergo quoddam animal non est brutum uel
irrationale.

VIII. CAPVT.

De loco Generis.

Quid est

Genus est uocabulum commune proximum speciebus, de quibus in quid prædicatur, ut, Modestia est species, Virtus est genus.

Exemplum Inventionis.

Meteoron non est Stella,

Ergo Cometa non est Stella.

Regulæ de consequentia Generales.

1 A genere ad speciem, alias negative, alias affirmative argumentamur, sed est diuersum respectum, ut patet in Exemplis.

2 Species sequitur naturam sui generis, Et Natura generis est in specie.

Exempla Consequentia.

1 Omne animal est hic,
Ergo omnes eius species hic sunt.

2 Omne animal hic est,
Ergo etiam homo hic est.

3 Nullum animal hic est,
Ergo nulla species eius hic est.

4 Quoddam animal est hic,
Ergo uel homo, uel equus, uel leo &c. est
hic.

5 Quod

- 5 Quoddam animal non est hic,
Ergo uel homo, uel equus, uel leo &c. non
est hic.
- 6 Timiditas est habitus uoluntatis,
Ergo est uel uitium uel uirtus.
- 7 Anima non est quantitas,
Ergo anima non est numerus.
- 8 Virtus sequitur rectam rationem,
Ergo constantia sequitur rectam rationem.
- 9 Motus cordis non est opinio,
Ergo affectus non est opinio.

IX. CAPVT.

De loco Proprij.

Quid:

Proprium est, quod naturaliter subiecto inest,
& naturam eius declarat, ut, esse rationale & ince-
dere erecto corpore est proprium in homine.

Exemplum Inventionis.

Tradere de sermone, natura & moribus est li-
citur,

Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de Consequentiâ Generales.

I A Proprio ad speciem uel subiectum, affir-
matiuâ & negatiuâ argumenta fiunt.

I 2

De

2 De proprietate specifica & specie ipsa simile
est iudicium.

Exempla Consequentiae.

- 1 Rationale est,
Ergo homo est.
- 2 Hic nulla est inclinatio agendi secundum re=
tam rationem,
Ergo hic nulla est uirtus.
- 3 Christus est omnipotens, & per ipsum omnia
sunt facta,
Ergo Christus est Deus.
- 4 Stella Epiphaniae non mouebatur pro cons=
suetudine Stellarum.
Ergo non fuit uere Stella.
- 5 Repugnans uoluntati Dei displicet Deo,
Ergo peccatum displicet Deo.
- 6 Genitus ab aeterno non est creatura,
Ergo filius Dei non est creatura.

X. CAPVT.

De loco Totius.

Quid e

Totum uocatur quod partes continet, ut,
Domus continet parietes & tectum.

Exemta

Exemplum Inventionis

Lex Dei est licita,

Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de Consequentia Generales.

- 1 A Toto affirmatiue, et negatiue argumentamur, sed est dissimilitudo.
- 2 Totum inest suis partibus. Quale est Totum, tales sunt partes.

Exempla Consequentia.

- 1 Domus est hic,
Ergo paries & tectum sunt hic.
- 2 Domus hic est,
Ergo tectum est hic.
- 3 Hic non est domus,
Ergo paries & tectum non sunt hic simul.
- 4 Magistratus est custos totius legis,
Ergo est custos primæ & secundæ tabule simul.
- 5 Magistratus est custos totius legis,
Ergo etiam est custos primæ tabule.
- 6 Antonius ex toto non est bonus Imperator,
Ergo Imperatoris scientia, uirtute, autoritate, foelicitate non est simul præditus.
- 7 Totus mundus regitur à Deo,
Ergo etiam res humanæ reguntur à Deo.

1 3

Totus

8 Totus homo non placet Deo,
Ergo corpus et anima simul nō placent

XI. CAPVT.
De loco Diuisionis.

Quid?

Diuisio est commemoratio quedam, uel speciesierum, uel partium, uel differentiarum, uel indiuiduorum, ut, Grammatica diuiditur in Orthographiam, Etymologiam, Syntaxin, Prosodiam.

Exemplum Inuentionis.

Artes dicendi, Physica & Ethica sunt licitæ,
Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de Consequentiâ
Generales.

- 1 A Diuisione ad Diuisum fiunt argumenta affirmatiua & negatiua.
- 2 Diuisio & Diuisum æquiparantur, & habent eandem uim atq; idem iudicium.

Exempla Consequentiæ.

- 1 Hic sunt Orthographia, Etymologia, Syntaxis & Prosodia,
Ergo hic est Grammatica.

Hic

- 2 Hic non sunt artes dicendi, Physica et Ethica,
Ergo hic non est Philosophia.
- 3 Ille tenet doctrinam de iure personarum, re-
rum & actionum,
Ergo tenet iurisprudentiam.
- 4 Cometa nec est erratica nec fixa Stella,
Ergo omnino non est Stella.
- 5 Homo, Leo, Bos, Equus & reliquæ species
animalis sunt creatura Dei,
Ergo omne animal est creatura Dei.
- 6 Amor, Odium, Tristitia & cognatæ species,
non sunt opinioniones,
Ergo nullus adfectus est opinio.

XII. CAPVT.

De loco Partis.

Quid:

Pars hoc loco uocatur una certa portio totius,
ut, Paries est pars domus.

Exemplum Inuentionis.

Ethica non est illicita,

Ergo Philosophia non est tota illicita.

Regulæ de Consequentiâ Generales.

1 In Homogeneis à parte ad totum affirmatiue
& negatiue, In Heterogeneis negatiue tantum ar-
gumentamur.

2 Pro ut partes se habent, ita ualet totum.
In Homogeneis partibus sunt omnes proprietates
tius, In Heterogeneis saepe diuersitas accidit.

Exempla Consequentiae.

- 1 Hic est gutta aquae,
Ergo hic est aqua.
- 2 Hic non est pars carnis,
Ergo hic non est caro.
- 3 Tectum non est,
Ergo non est integra domus.
- 4 Hoc frustum est pars carnis,
Ergo hoc frustum est caro.
- 5 Haec gutta non est gutta sanguinis,
Ergo omnino non est sanguis.
- 6 Clodius non habet fauentes patritios,
Ergo non habet populum Romanum totum
fauentem.
- 7 Gutta aquae rotunda est,
Ergo tota aqua est rotunda.
- 8 Gutta aquae non est quadrata,
Ergo tota aqua non est quadrata.

XIII. CAPVT. De loco Causae Effici-

entis.

Quid:

Efficiens

Efficiens uocatur omne quod ad Effectum pro
du[m] efficitur et actiue quasi concurrat, ut,
Faber est efficiens domus.

Exemplum Inventionis.

Philosophia est à Deo,
Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de consequentia Generales.

- 1 Ab efficiente affirmatiue & negatiue argumen
tamur.
- 2 Efficientia cum effectibus magnam cognatio
nem habent.

Exempla consequentiæ.

- 1 ~~Ignis~~ est in actu,
Ergo adest materia, Item ardor & cale
factio.
- 2 Faber est in actu,
Ergo adest materia, adest intentio, Seque
tur effectus.
- 3 Hic potest esse ignis,
Ergo potest hic etiam esse materia, forma
& effectus ignis.
- 4 Ignis non est hic,
Ergo nec calefactio ab igne hic est.
- 5 Pugil non est hic,
Ergo nec actus pugilis est hic.

6. Christus

- 6 Christus est redemptor,
Ergo facit opera redimentis.
- 7 Hoc est Zinziber,
Ergo præstat calefactionem Zinziberi natuam.
- 8 Hoc non est Piper,
Ergo non habet actum calefaciendi, nec præstat calefactionem piperi natuam.
- 9 Diabolus non est creator,
Ergo non effecit creaturam.
- 10 Deus est bonus,
Ergo & intentio & actus & effectus eius bonus est.

XIIII. CAPITULUM
De loco Causæ finalis.

Quid?

Finis est cuius gratia efficiens operatur in materiam, ut, Finis struendæ domus, quo ad patremfamilias, est defensio ab iniuria & tempestate.

Exemplum Inventionis.

Cognitio rerum & uerborum est licita,
Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de Consequentia
generales.

I A fine rei ad rem ipsam utroq; modo argumenta ducuntur.

Finis

2 Finis cum re mediocriter conuenit, et in non
nullo eadem est iudicium.

Exempla consequentiæ.

1 Hic est protectio corporis à frigore et aestu,
Ergo hic est uestis.

2 Hic non est defensio ab iniuria & tempesta
te,
Ergo hic non est domus.

3 David dimidicat, ut, defendat,
Ergo David est iustus bellator.

4 Turca non dimicat, ut legitime defendat,
Ergo non est iustus bellator.

5 Defensio religionis, honestatis, libertatis &
iure legiorum est licita,
Ergo belligerari per se est licitum.

6 Finis Magie principalis non est res bona,
Ergo ipsa Magia non est res bona.

XV. CAPVT.

De loco causæ materialis.

Quid?

Materia hoc loco uocatur res, ex qua materia
tum conficitur, ut, Aurum est materia annuli aurei.

Exemplum Inventionis.

Homo constat ex igni, aere, aqua & terra,
Ergo

Ergo habet aliquid ignea, aerea, aquea &
terrea natura.

**Regulæ de consequentia
generales.**

- 1 A materia utroq; modo argumentamur,
- 2 Materia semper est cum substantiali forma
coniuncta.
- 3 Materia & materiatum conueniunt suo
modo.

Exempla consequentiæ.

- 1 Hic est aurum,
Ergo hic est forma auri natiua.
- 2 Hic est aurum,
Ergo hic potest esse annulus aureus.
- 3 Hic non est aurum,
Ergo hic non est auri forma natiua.
- 4 Hic non est aurum,
Ergo hic non est aureus annulus.
- 5 Hoc constat ex papyro,
Ergo est papyraceum.
- 6 Cometa constat ex exhalatione,
Ergo habet aliquid de natura exhalationum.
- 7 Cælum non constat elementis,
Ergo non est corpus elementatum.
- 8 Stelle non constant exhalatione,
Ergo non habent naturam exhalationum.

9. Elemen-

9 Elementa sunt obnoxia primis qualitatibus,
Ergo corpora elementata sunt iisdem obnoxia.

10 Elementa non sunt sine mutationibus,
Ergo corpora elementata non sunt sine mutationibus.

XVI. CAPVT.

De loco Causæ formalis.

Quid?

Forma est esse rei, uel exædificatio quædam, qua res est talis, ut, forma nauis est ipsa figura exædificata.

Exemplum Inventionis.

Prædiciones de sermone natura & moribus sunt licitæ,

Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de consequentia generales.

1 A causa formali utroq; modo argumenta formantur.

2. Forma substantialis semper cum re sua concurrat.

Formæ & rei magna est conuenientia.

Exempla consequentiæ.

1 Hic est forma quædam,

Ergo necesse est esse subiectum, uel materiam quandam.

2. Hic

- 2 Hic est forma substantialis argenti uiui,
Ergo hic est argentum uiuum.
- 3 Hic nulla est forma,
Ergo hic nulla est materia uel subiectum.
- 4 Hic non est forma argenti substantialis.
Ergo hic non est argentum.
- 5 Pygmaei habent essentialem hominis for-
mam.
Ergo Pygmaei sunt homines.
- 6 Satyri non habent natiuam hominis for-
mam.
Ergo non sunt homines.
- 7 Actiones uirtutum sunt necessariae,
Ergo uirtutes ipsae sunt necessariae.
- 8 Actiones uiciorum non placent Deo,
Ergo uicia ipsa non placent Deo.

XVII. CAPVT. De loco Effectus.

Quid?

Effectus est res proueniens ex actu cause
efficientis, ut, Pictura est effectus Pictoris.

Exemplum Inuentio-
nis.

Philosophia prodest ad Theologiam, Iuris
pru-

prudentiam, Medicinam & oratoriam facultatem,
Ergo est licita.

Regulæ de Consequentia generales.

- 1 Ab effectu ad efficiens utroq; modo fiunt ar-
gumenta.
- 2 Effectus cum efficientibus magnam conueni-
entiam habent.

Exempla Consequentia.

- 1 Hic est calefactio ignea,
Ergo hic est ignis.
- 2 Hic est cinis,
Ergo uel est uel fuit ignis.
- 3 Hic modex,
Ergo uel est uel fuit aliquis eius compactor.
- 4 Hic non est calefactio ignis,
Ergo hic non est ignis.
- 5 Ex Christo sunt omnes res create,
Ergo Christus est creator.
- 6 Ex Diabolo non est effectio creaturarum,
Ergo Diabolus non est creator.
- 7 Homo est intelligens,
Ergo Deus est intelligens.
- 8 Peccatum non placet Deo,
Ergo uoluntas hominis auertens se à Deo
non placet Deo.

XVIII. CAPVT.
De loco Antecedentium.
Quid?

*Antecedentia hoc loco uocantur, quæ tem-
pore priora sunt, & præsupponi necesse est, Vt
captiuitas est Antecedens liberationis.*

Exemplum Inuentionis.

*Multorum hominum peccata dicuntur nunc
quiescere,*

Ergo sequetur reuelatio.

**Regulæ de consequentia
generales.**

- 1** *Ab Antecedente ad Consequens affirmatiua
& negatiua argumenta uentur.*
- 2** *Antecedentia coherent cum suis Consequen-
tibus.*

Exemplum Consequentia.

- 1** *Hic est peccatum,
Ergo sequetur poena.*
- 2** *Hic non est error,
Ergo hic non est opus reuocatione.*
- 3** *Dauid est lapsus,
Ergo fuit puniendus.*
- 4** *Adam non parebat mandato Dei,
Ergo non poterat impunis esse.*

XIX. CAPVT.
De loco Consequentium.
Quid?

Consequentia hoc loco uocantur, quæ tem-
pore posteriora sunt, & Antecedens aliquod præ-
supponunt, ut, Liberatio præsupponit captiuita-
tem.

Exemplum Inuentionis.

Christus resurrexit à mortuis,
Ergo fuit uerè mortuus.

**Regulæ Generales de Con-
sequentia.**

1 A Consequente ad Antecedens tantum affir-
mative fiunt argumenta.

2 Consequentia non sunt sine Antecedentibus.
Posterius præsupponit prius.

Exempla Consequentia.

1 Hic est liberatio,
Ergo præcessit captiuitas.

2 Ezechias est curatus,
Ergo fuit uere egrotus.

XX. CAPVT.
**De loco Connexorum, uel
Circumstantiarum.**

K

Quid?



Quid:

Connexa seu circumstantie sunt conditiones quaedam externae, adhaerentes rei, ut, Heri est conditio temporis.

Quot:

Circumstantie multae sunt, de quibus est uersus, Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando. Sed hic agitur de circumstantijs Subiectorum, Obiectorum, Temporum & Locorum.

Exemplum Inuentionis.

Stella Epiphaniae tantum ad tempus apparuit, & fuit in locis inferioribus,
Ergo non fuit uera Stella.

Regulae Generales de Consequentijs.

- 1 A Connexis uel Circumstantijs utroq; modo fiunt argumenta.
- 2 Circumstantie rerum cum rebus ipsis coniunctae sunt.

Exempla Consequentiae.

- 1 Tempus & locus facti extant,
Ergo est factum.
- 2 Locus facti nullus est, nec tempus ullum est,
Ergo omnino non est factum.

Brutus



- 3 Brutus fuit Romæ in eo loco & eodem tem-
 pore, ubi & quando Iulius occisus est,
 Ergo est unus ex occisoribus.
- 4 Pythagoras non uixit tempore Numæ,
 Ergo non fuit eius Præceptor.
- 5 Oportet Christum nasci in Bethlehem Dau-
 dis, stante politica Mosaica,
 Ergo nunc de natiuitate eius est expectatio
 frustranea.

XXI. CAPVT.

De loco Accidenti- um.

Quid?

Accidens dicitur omne, quod uel mutabiliter
 inest, uel per se non subsistit, ut, Albedo in homine.

Exemplum Inuentionis.

Cometa est quiddam mutabile, obnoxium de-
 flagrationi, hærens in aëre,
 Ergo Cometa est Meteoron.

Regulæ Generales de Con- sequentia.

I Ab Accidente cum affirmatiua, tum negatiua
 ducuntur argumenta.

2 Accidentia speciei cum specie accedunt et re-
cedunt.

Exempla Consequentia.

- 1 Hic est nigredo,
Ergo hic est subiectum quoddam.
- 2 Hic sunt accidentia Raphani,
Ergo hic est Raphanus.
- 3 Hic non est nigredo,
Ergo hic non est Aethiops.
- 4 Hic non sunt omnia accidentia Isatidis,
Ergo hic non est Isatis.
- 5 Cygnus est albus,
Ergo Cygnus est.
- 6 Cometa habet omnia accidentia Meteororum,
Ergo Cometa est Meteoron.
- 7 Plato est Philosophus & est eloquens,
Ergo Plato est eloquens Philosophus.
- 8 Haec Stella non est albicans,
Ergo haec Stella non est Venus.

XXII. CAPUT. De loco Similium.

Quid e

Simile uocatur quod alteri cuidam certa quada-
dam ratione comparabile est, ut, Sicut Hesperus in-
ter Stellas, ita Iustitia inter uirtutes licet.

Exem-

Exemplum Inventionis.

*Medicina & Iurisprudencia sunt licita,
Ergo & Philosophia est licita.*

Regulae Generales de Con- sequencia.

- 1 *A Simili ad simile utroq; modo argumenta
ducuntur.*
- 2 *De similibus & equalibus est idem iudicium.*

Exempla Consequentiae.

- 1 *In re domestica requiritur diligentia,
Ergo in publica re itidem diligentia requiri*
- 2 *Pastor ouium non eligitur sorte,
Ergo nec Pastor Ecclesiae sorte eligendus est.*

XXIII. CAPVT.

De loco a Maiori.

Quid?

*Maius uel magis hoc loco uocatur, quod re-
spectu alterius magis adesse debebat, ut, Paruum sa-
xum respectu magni facilius mouetur.*

*A Maiori dicuntur argumenta sumi, quando
consequens habet Phrasin, Multo minus.*

Exemplum Inuentionis.

Artes Mechanicæ non sunt illicitæ,
Ergo multo minus Philosophia est illicita.

Regulæ Generales de Con- sequentiâ.

- 1 A Maiori ad Minus tantum negatiue argu-
mentamur.
- 2 Si id, quod magis inesse uidetur, non inest, nec
illud inest, quod minus inesse uidetur. Quod in Ma-
iori non ualet, etiam in Minori non ualet.

Exempla Consequentiæ.

- 1 Saxa non possunt perpetuo esse,
Ergo chartæ multo minus possunt.
- 2 Pater non tenetur soluere pecuniam mutuo
datam filio sine mandato patris, iuxta sena-
tusconsultum Macedoniarum.
Ergo multo minus tenetur soluere pecuniam
quam filius nudo pacto alteri promisit.

XXIII. CAPVT.

De loco a Minori.

Quid?

Minus uocatur quod respectu alterius Minus
adesse

adesse debet, ut, Paruum Saxum respectu magni,
minus est difficile.

A Minori dicuntur argumenta sumi, quando
in consequente Phrasis est, Multo magis.

Exemplum Inventionis.

Artes Mechanicæ sunt licitæ,
Ergo Philosophia multo magis est licita.

Regulæ Generales de Con= sequentis.

1 A Minori ad Maius uel Magis affirmatiue
tantum argumentamur.

2 Si id, quod Minus inesse uidetur, inest, etiam
illud inest, et Magis inesse uidetur.

Exempla Consequentia.

1 Bouem extrahere die Sabbathi licet,
Ergo multo magis hominem sanare licet.

2 Reconciliati Deo sentiunt suas calamitates,
Ergo impij multo magis sentiunt.

XXV. CAPVT.

De loco Contrariorum.

Quid?

Contrarium hoc loco uocatur, omne quod cum

K 4

alte=

altero directe pugnat, & sumitur hic vocabulum generaliter de qualitatibus, priuatiue oppositum, & contradictorijs, ut, Bonus & Malus, Lux & Tenebræ.

Exemplum Inventionis.

Iustitia originalis est qualitas,

Ergo peccatum originale est qualitas.

Regulæ Generales de Consequentijs.

- 1 A Contrario ad contrarium utroq; modo argumentamur, sed est dissimilitudo in accommodatione.
- 2 Contraria in paribus circumstantijs non sunt simul, sed in dissimilibus possunt esse simul.
- 3 Contrariorum est contraria ratio quoad specificas differentias, sed eadem est ratio, quoad genus uel genericas differentias.

Exempla Consequentia,

- 1 Frigus hic est excellenter,
Ergo calor non est hic.
- 2 Aethiops est niger,
Ergo non est albus.
- 3 Impij non colligunt cum Christo,
Ergo dispergunt.
- 4 Albedo est color,
Ergo nigredo est color.

Vicium

- 5 Viciu a non est scientia,
 Ergo uirtus non est scientia.
 6 Visus est res bona,
 Ergo cœcitas non est res bona.
 7 Calidum non constringit,
 Ergo frigidum constringit.

XXVI. CAPVT.
De loco Relatiuorum.

Quid?

Relatiuum est quod denominationem suam ab altero habet, & ad id correlatiue respicit, ut, Pater & Filius, Dominus & Seruus.

Exemplum Inuentionis.

D^eus pater est Deus,
 Ergo filius eius naturalis est Deus.

Regulæ generales de Con-
sequentia.

- 1 A relatiuo ad correlatiuum cum affirmatiua tum negatiua formantur argumenta.
 2 Relatiua mutuo se ponunt & perimunt.
 3 Relatiuum & Correlatiuum, quoad eundem respectum, differunt subiecto.

Exempla Consequentia.

- 1 Creaturae sunt,
 Ergo creator est.
 2 In altera uita non est seruitus civilis.

K 5

Ergo.

- Ergo nec dominium ciuile si est.
- 3 Abraham est pater,
Ergo habet Filium.
- 4 Ego tibi Cliens non sum,
Ergo tu mihi patronus non es.
- 5 AESchinus est filius Demea,
Ergo non est pater eius.
- 6 Pater mendacij non placet Deo,
Ergo nec filij mendacij placent Deo.

XXVII. CAPVT.

De loco Disparatorum.

Quid?

Disparati uocabulum de disparibus intelligitur, & pertinent huc omnes species inter se differentes exceptis contrarijs & relatiuis, ut, Homo & Asinus, Ira & Odium.

Exemplum Inuentionis.

Cometa reuera est Meteoron,

Ergo Cometa non est Stella,

Regulæ de Consequentiis generales.

I In disparatis ex affirmatiuo negatiuum inferitur, sed unus est modus, Vbi ex affirmatiuo affirmatiuum, & unus, ubi ex negatiuo negatiuum inferitur.

2. Dispa=

2 Disparata non possunt esse in eodem simili
rat.

3. De disparatis, quoad specificas differentias,
diuersum est iudicium, sed in genere uel accidentibus
communibus alias conueniunt alias disconueniunt.

Exempla Consequentiae.

- 1 Homo hic est in isto loco,
Ergo leo hic non est in isto loco.
- 2 Anima est substantia,
Ergo non est numerus.
- 3 Deus est omnipotens,
Ergo Angelus non est omnipotens.
- 4 Homo est animal,
Ergo leo etiam est animal.
- 5 Si cadens non est uera Stella,
Ergo nec Cometa est uera Stella.

XXVIII. CAPVT.

De loco Conuersionis.

Quid est

Conuersio est commutatio propositionis faciens
ex Prædicato subiectum & ex subiecto prædicatum,
ut, Omnis homo est animal, Quoddam animal
est homo.

Exemplum Inuentionis.

Quoddam licitum est Philosophia,
Ergo Philosophia est licita.

Regulae

Regulæ de Consequentia generales.

1 A conuertente ad conuersam affirmatiue &
& negatiue argumentamur.

2 Ex conuertente sequitur conuersa seruato
modo bonæ conuersionis.

Exempla consequentiæ.

1 Omnes electi sunt uocati,
Ergo quidam uocati sunt electi.

2 Omnis homo est animal rationale,
Ergo omne animal rationale est homo.

3 Omnis homo est animal,
Ergo quoddam animal est homo.

4 Omnis arbor bona fert fructum bonum,
Ergo quoddam ferens fructum bonum est ar-
bor bona.

5 Nullum uiolentum est diuturnum,
Ergo nullum diuturnum est uiolentum.

6 Quidam mali sunt in Ecclesia,
Ergo quidam, qui sunt in Ecclesia, sunt mali.

7 Iusticia est uirtus,
Ergo quedam uirtus est iusticia.

8 Pœni sunt scelerati,
Ergo quidam scelerati sunt Pœni.

9 Filius Dei est uerbum,
Ergo uerbum est Filius Dei.

10 Sol est Planeta,
Ergo quidam Planeta est Sol.

CA

LXIX. CAPVT.
In loco Contrapositionis.
Quid est

Contrapositio est oppositio duarum propositionum constans conuersione & additione duarum negatiuarum particularum in alterutra, ut,

Omnis homo est animal,

Quicquid non est animal, non est homo.

Exemplum inuentionis.

Non licitum non est Philosophia,

Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de consequentia
generales.

1 In contrapositione ab affirmatiuis ad negatiua & a negatiuis ad affirmatiua proceditur.

2 Ex opposito prædicati sequitur Oppositum subiecti per terminorum conuersionem.

Exempla Consequentia.

1 Faciens filio testamentum sibi quoq; facere debet,

Ergo non faciens sibi, etiam filio de iure non facit.

2 Qui non audiunt uerbum Dei, non sunt ex Deo,

Ergo qui sunt ex Deo, illi audiunt uerbum Dei.

XXX. CAPVT
De loco Contrarij sensus.

Quid?

Contrarius sensus uocatur oppositio duarum propositionum, quæ terminis & ordine consentiunt sed differunt qualitate, ut,

Homo est animal rationale,

Non homo non est animal rationale.

Exemplum inuentionis.

Agens pœnitentiam recipitur,

Ergo non agens non recipitur.

Regulæ de Consequentiã
generales.

1 In contrario sensu ex affirmatiuo negatiuum & ex negatiuo affirmatiuum infertur, seruato modo bonæ accommodationis.

2 Propositio duarum negationum equipollet cum affirmatiua simplici.

Exempla consequentiæ.

1 In sola Ecclesia est uera salus,
Ergo ubi non est Ecclesia, ibi non est uera salus.

2 Qui non laborat, non manducat,
Ergo qui laborat, is manducat.

3 Rei bonæ consuetudo pessima est,
Ergo rei bonæ consuetudo non est pessima.

4. Pupilo

4 Pupilo habenti tutorem non datur cura

Ergo non habenti potest dari.

XXXI CAPVT.

De Loco Autoritatis.

Quid:

Autoritas hoc loco uocatur sententia uel testimonium alicuius fide digni autoris, ut, Cato dicit artium radices amaras, fructus uero dulcissimos esse.

Exemplum Inuentionis.

Optimi quique artifices honorifice de Philosophia sentiunt atque loquuntur,
Ergo philosophia est licita,

Regulae de consequentia generales.

1 Ab autoritate expresse posita cum affirmatiua tum negatiua argumenta ducuntur.

2 Cuilibet in sua facultate credendum est.

Exempla Consequentiae.

1 Sacra scriptura tres personas diuinitatis expresse monstrat,

Ergo sunt tres personae diuinitatis.

2. Sacra

- 2 Sacra scriptura passim clamat non esse beatitudinem ab externa disciplina dependentem.
- Ergo beatitudo non pendet ab externa obedientia uel disciplina.
- 3 Sacra scriptura nulli dicit expresse de acceptatione uel salute hominum extra Ecclesiam, Ergo odiose ea de re decertare non est necesse.
- 4 Peritissimi Astronomi censent nouem esse sphaeras motuum coelestium, Ergo sunt totidem.
- 5 Optimi quiq; dicunt mundū nō esse casu ortū Ergo non est casu ortus.

XXXII. CAPVT.

De loco Exempli.

Quid?

Exemplum hoc loco uocatur simile factum alterius, ut, Absolon est punitus propter inobedientiam.

Exemplum Inuentionis.

Multi orthodoxi scriptores attigerunt Philosophiam & hoc fuit eis licitum.

Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de Consequentiã generales.

Ab

- 1 Ab exemplo ad simile factum alterius utroque
modo argumentamur.
- 2 De Similibus exemplis est simile iudicium.

Exempla Consequentiae.

- 1 Petrus lapsus potuit in gratiam redire,
Ergo et alij lapsi possunt in gratiam redire.
- 2 Abraham non potest de operibus gloriari,
Ergo nec nos possumus.
- 3 Abraham habuit proprias, non communes
facultates, & hoc ipsi fuit licitum,
Ergo & alijs hominibus licet.

XXXIII. CAPVT.

De loco Signorum.

Quid ?

Signum est nota quaedam sensibus subiecta signifi-
cans aliquid, ut, Rubedo matutina est signum plu-
uiae futurae.

Exemplum Inventionis.

Deus dedit homini facultatem discendi Phi-
losophiam,
Ergo Philosophia est licita.

Regulae de Consequentiis Generales.

L

A Signo

1 A Signo ad signatum utroq; modo argumen-
tamur, sed satis debiliter.

2 Signa cum signatis suis coherent & coniu-
guntur.

Exempla Consequentia.

1 Diescit per totum mundum,
Ergo sol oritur.

2 Nubes sunt,
Ergo pluet.

3 Nondum caligine terra premitur,
Ergo nondum Sol occidit.

4 Hic nihil est tumulti, nihil ornati, senex emit
pisciculos paucos,
Ergo non sunt futurae nuptiae.

5 Glycerium habet lac,
Ergo est uel fuit praegnantis.

6 Homo habet duos oculos, duas aures, sed os
unum,
Ergo debet plura uidere & audire, quam
loqui.

7 Illa mulier, quae potest pati ut puer diuida-
tur, non habet $\sigma\omicron\gamma\upsilon\mu$ maternam,
Ergo illa mulier non est mater.

XXXIII. CAPVT.

De loco Comparationis.

Quid:

Compa=

Comparatio est collatio de prestantiori, ut,
Honeste cadere, quam turpiter uiuere.
Apud Aristotelem τοτικῶν secundo uocatur ἡ Μα-
gis ad simpliciter.

Exemplum Inventionis.

Honestius & utilius est nosse Philosophiam
quam ignorare,
Ergo Philosophia est licita.

Regulæ de Consequentiâ Generales.

- 1 A Comparatione ad simplicem rationem
utroq; modo argumentamur.
- 2 Si quid secundum magis aut minus inest,
idem etiam secundum se inest.
- 3 Si quid secundum magis aut minus abest, idem
secundum se abest.

Exempla Consequentiæ.

- 1 Melius est honeste cadere, quam turpiter ui-
uere,
Ergo honeste cadere per se est bonum.
- 2 In confessione Christiana non est plus malũ
quam in impio silentio,
Ergo confessio Christiana per se non est ma-
la.

LIBER QVARTVS, DE CONFVTATIONE.

I. CAPVT.

De Isagoge Confutatio- nis.

Quid?

Confutatio est oratio constans artificiosa solua-
tione uiciosorum argumentorum.

Quæ requiruntur?

Ad Confutationes recte instituendas gene-
raliter requiruntur, Cognitio materiarum
in qualibet arte, Cognitio locorum Confutationis,
& Cognitio modi. Insuper etiam Ter-
minorum col-
latio subinde facienda est, quoniam ex quibus con-
struimus, ex iisdem etiam destruimus. Ac recte Iuris-
consulti, Nihil tam naturale, quam eo genere quodq;
dissolui, quo ligatum est.

Loci qui?

Loci Confutationis duplices sunt, Generales &
Speciales, sed usus eorum communis est, & ualet pro
placito.

Loci Generales.

- | | | | |
|---|--------------------|---|-------------|
| 1 | Concessio, | 4 | Inficiatio, |
| 2 | Reprehensio formæ, | 5 | Distinctio, |
| 3 | Inuersio, | 6 | Instantia. |

Loci

Loci Speciales.

- 1 Fallacia Consequentis uel Consequentiae,
- 2 Fallacia falsae Propositionis,
- 3 Fallacia Insufficientis enumerationis,
- 4 Fallacia equiuocationis.
- 5 Fallacia Phrasidis, uel Figuræ dictionis,
- 6 Fallacia Amphiboliae,
- 7 Fallacia Compositionis,
- 8 Fallacia Diuisionis,
- 9 Fallacia Accidentis,
- 10 Fallacia secundum quid,
- 11 Fallacia Cause,
- 12 Petitio Principij,
- 13 Fallacia plurium propositionum,
- 14 Ignoratio Elenchi.

Modus Confutationis

quis?

Si argumentum obiectum non pugnat directe cum materia disputationis, duo fieri debent. Primum repetitio scienda. Deinde concedendum addita explicatione conueniente, de qua deinceps. Si uere & directe pugnauerit, tria præstanda sunt, nempe, Repetitio obiectionis, Negatio consequentiae, Accommodatio loci uel formulæ cuiusdam.

In Repetitione obiectionis ut plurimum forma uerborum obijcientis retinenda est, sed nonnunquam

L 3

tamen

tamen resolvere & ad captum facilioris solutionis
accommodare licet.

In negatione Consequentiae usitata formula est,
Nego consequentiam.

In accommodatione locorum peculiaris est ratio
pro cuiuslibet conditione, ut deinceps dicendum.

Nonnunquam accedunt amplificationes uel pro-
bationes, & eae sumuntur, uel ex cuiuslibet loci con-
textu, uel ex fontibus materialium, prout in alijs disci-
plinis traduntur.

Memorable uero est, quod saepe unū argumen-
tum diuersis modis confutari possit, ut ex sequentibus
patebit exemplis.

Utilitas quæ?

Primo tota doctrina traditur propter defensio-
nem uerarum sententiarum, quod fit, si uiciosa dilu-
untur.

Secundo tabula locorum principaliter prodest
ad inueniendas formulas Dialecticarum confutatio-
num. Insuper etiam accommodari potest, ad Inuentio-
nes obiectionum, quæ partim ex Topicis, partim ex
fallacijs depromuntur.

Tertio doctrina de modo prodest ad artificiosa
sum processum solutionis uel responsionis.

Da Exemplum.

Lex Moysaica docet remissionem peccatorum,
Christum etiam docet remissionem peccatorum,
Ergo doctrina Euangelij est doctrina legis Moysaicae.

Resp. 1. Nego Consequentiam, quia est Syllogismus secundae figurae, sed non habet modum.

2 Distinguendum est inter remissionem legalem & Evangelicam. Maior de legali, quae est meriti. Minor de Evangelica, quae est gratuita.

3 Conclusio non subsumitur Dialectice, quia illa uox, doctrina, etsi concedi potest ratione materiae, tamen accedit praeter communem regulam, uel extra praemissarum contextum.

II. CAPVT. De Concessione. Quid?

Concessio est formula responsionis, concedens argumentum suo modo ualere, admonens non pugnare cum materia, de qua est disputatio instituta.

Vsus quis?

Quando argumentum uel pro nobis facit, uel alio respicit, & non directe pugnat cum materia disputationis, licitum est uti Concessione.

Modus explicationis quis?

Primum de Concessione dicendum, & hic usitatae

L 4

Phrases

Phrases sunt, Concedo totum seruata eadem ratione,
Concedo totum in suo genere, Concedo totum in
intellectum. Secundo addenda est explicatio, de qui-
bus ualeat atq; loquatur. Tertio monendum quod ea-
tenus non pugnet cum materia disputationis.

Cognata quæ?

Cum hac forma solutionis cognata aliquo mo-
do est Ignoratio Elenchi, & eatenus pro placito al-
terutra licet uti.

Regulæ Cognatæ quæ?

In disputationibus obiectiones pugnantes adse-
rende sunt.

De iisdem & paribus non est disputatio.

Quando aliena adferuntur, de ijs nemo respondere
tenetur, nisi sua sponte uoluerit.

Exempla.

I.

Deus iustificat,

Deus est caritas,

Ergo caritas iustificat.

Resp. I. Concedo totum argumentum seruata eadem
ratione. Premisse de Deo loquuntur, ita Conclusio
de caritate, quæ est Deus, intelligi debet. Eatenus
non pugnat cum propositione, Gratis & sine uirtu-
tibus nostris iustificamur.

2 Est fallacia Phrasis in Minore. Caritas pro ip-
sa diligente ponitur, quasi diceret, Deus uere amat
nos. Ita Conclusionis sententia est. Is qui

Is qui *ere* amat nos, iustificat.

II.

Christus est factus *λύτρον* pro nobis.

Ergo non iustificamur gratis.

Resp. 1. Concedo totum servata eadem ratione.
Antecedens loquitur de compensatione Christi. Ita
quoad Christum non iustificamur gratis, quia Chri-
stus pro nobis satisfecit. Eatenus non pugnat ar-
gumentum cum propositione, Gratis iustificamur, in
qua alio respicitur.

2. Distinguendum est inter respectum meriti
Christi & meriti hominum. Quoad meritum Christi
non iustificamur gratis. Quoad nostra opera, omnino
gratis iustificamur, sed hoc alias.

III.

Omnes homines sunt peccatores,

Peccatores sunt extra gratiam Dei,

Ergo omnes homines sunt extra gratiam
Dei.

Resp. 1. Concedo totum servata eadem ratione,
scilicet, in quantum homines sunt peccatores.

2. Distingui etiam potest inter peccatores pœ-
nitentes & impœnitentes.

IIII.

Si filius Dei est Deus, iam non est homo,

Sed filius Dei est Deus,

Ergo non est homo.

L 5

Resp. Con

Resp. Concedo suo modo intellectum, nempe in quantum est Deus, in quantum nondum incarnatus. &c.

V.

Arbitrium hominis aut est liberum aut seruum,

Sed in spiritualibus est seruum,

Ergo homo non habet liberum arbitrium.

Resp. 1. Concedo totum seruata eadem ratione, nempe de spiritualibus, de quibus Minor loquitur.

2. Responderi etiam potest per fallaciam consequentiae uel diuisionis, quia conclusio non recte subsumitur. Sic debebat,

Ergo arbitrium in spiritualibus non est liberum.

III. CAPVT.

De Reprehensione formæ.

Quid?

Reprehensio formæ est admonitio de uicio contextus uel cõnexionis propositionum in argumento, quod obiectum est.

Vfus quis?

Quando uicium est in forma, soluitur argumentum reprehensione formæ.

Vnde sumitur eius iudicium?

Reprehensio formæ in Syllogismis sumitur ex collatione figurarum, Modorum & regularum de consequentia Syllogismi.

In cate

In ceteris uero argumentandi speciebus im-
dicat[ur] a ex Topicis, partim ex alijs consequen-
tiarum regulis, sicut in qualibet specie traduntur.

Modus & explicatio quæ?

1. In Syllogismis uel figura uel modus negatur
uel dissonantia a Regulis monstratur, & hic usitate
formæ sunt, Non habet figuram, non habet modum,
non consentit cum Regulis, uel si quid his simile est.
Sed seruandus est modus bonæ accommodationis.
2. In cæteris speciebus primo recitatur regula
quædam uiciosam argumenti consequentiam demon-
strans, deinde accommodatio argumenti facienda
est.

Cognata quæ?

Cognata sunt fallacia consequentiæ, Petitio prin-
cipij, fallacia plurium propositionum, Ignoratio E-
lenchi, Inuersio & si quæ sunt similes. Eatenus igitur
in soluendo uariare licet, ut uel hac uel illa
utaris.

Recita Regulas Cognatas.

Omnis argumentatio debet ad Consequentiam
sui generis conuenire.

Quando argumentum iusta consequentia desti-
tuitur, uiciosum est & nihil probat.

Sunt & aliæ speciales regulæ, quæ ex collatione
superiorum peti & excogitari possunt.

Exempla

Exempla.

I.

Vindicta priuata non est licita,
Bellum non est uindicta priuata,
Ergo bellum non est licitum.

Resp. Nego consequentiam, & ratio est, quia non habet modum. Præterea regula est, Ex puris negatiuis non ualet consequentia, & in isto Syllogismo omnes sunt negatiuæ.

II.

Hoc calefacit.
Hoc non est sol,
Ergo sol non calefacit.

Resp. Nego consequentiam, quia regula est, Minor in expositorijs debet esse affirmatiua sed hic est negatiua.

III.

Cometa habet figuram stelle,
Ergo Cometa est stella.

Resp. Nego consequentiam & ratio est, quia Regula est, A figura rei ad rem ipsam non ualet consequentia & talis est in hoc Enthymemate processus.

IIII.

Petrus interfecit Ananiam mentientem,
Ergo & nos debemus mentientes interficere.

Resp. Ne=

Resp. Nego consequentiam, quia Regula est in
Exen. ~~to~~ ad ius uel preceptum nulla est con-
nexio.

V.

Fortitudo non est scientia,
Scientia est habitus.
Ergo fortitudo non est habitus.

Resp. Nego consequentiam & ratio est, quia in
Sorite a prima negatiua non ualet consequentia &c.

VI.

Si Deus curat creaturas, iam non fiunt om-
nia casu,
Sed non fiunt omnia casu,
Ergo Deus non curat creaturas,

Resp. Nego consequentiam quia non habet mo-
dum. Nam procedit a subsumptione ad remotionem.
Vel conclusio non recte subsumitur, quia sic debebat,
Ergo Deus curat creaturas.

VII.

Aut ueram dilectionem aut peccatum habea-
mus,
Sed ueram dilectionem non habemus,
Ergo nec peccatum habemus.

Resp. Nego consequentiam, quia non habet mo-
dum. Hoc argumentum procedit à remotione ad
remotionem & talis modus non est in disiunctiuis.

VIII.

Et est

Et est Deus & non est ociosus,
Sed non est ociosus,
Ergo non est Deus.

Resp. Nego consequentiam, quia non habet modum
& non fit iusta membrorum subsumptio.

IIII. CAPVT.

De Inuersione.

Quid est

Inuersione est mutatio argumentationis inferens
ex antecedente conclusionem contradictoriam ob-
iectioni, Grecis ἀντιστροφή uocatur.

Vsus quis est

Quando consequens indirecte infertur, solui
potest per Inuersionem. Ac ualde notissimum in
Enthymematis & Exemplis.

Modus quis est

Primum admonendum, quod possit fieri Inuer-
sio. Secundo opponi debet propositio directius se-
quens. Nonnunquam accedunt probationes, quare
hoc sequatur, illud uero non sequatur.

Cognatae quæ

Cognatae sunt Reprehensio formæ, Instantia,
Fallacia consequentiæ, Ignoratio Elenchi. Cæterum
Reprehensio formæ, Instantia, & Inuersione sic fere
differunt, quod reprehensio de forma, Instantia de
materia, Inuersione de utraq; simul agat.

Regule

Regulæ generales.

Videtur non est, ut consequentia directe inferatur. Ex incerta illatione nulla est connexio.

Exempla.

I.

Peccatum originale est ἀδυναμία,

Ergo non pugnat cum lege Dei.

Resp. Nego consequentiam, quia potest inuerti. Nam ideo pugnat, quia est ἀδυναμία. Et ratio est, quia lex requirit habitum iustitiæ et obedientiæ.

II.

Deus recepit nos in gratiam,

Ergo natura nostra non est corrupta.

Resp. Nego consequentiam, Quia potest inuerti. Nam si essemus incorrupti & iusti, non esset opus receptione.

III.

Pœna debet proportionari delicto,

Ergo Deus non deberet homines æternam liter condemnare.

Resp. Nego consequentiam, quia potest inuerti. Nos peccamus contra æternam Dei Maiestatem. Ideo iustum est ut tam diu abiecti simus, donec reconciliemur.

IIII.

Abraham

Abraham orauit pro Sodo

Ergo nobis non licet orare ⁱⁿ infidelibus.

Resp. Nego consequentiam, quia potest inuerti.
Nam quod uni licet, idem alijs in simili genere licet.
Item exempla piorum, quæ bona sunt, ad nostram
imitationem scripta sunt.

V. CAPVT. De Inficiatione.

Quid?

Inficiatio est negatio præmissæ cuiusdam,
quoquo modo illa pro cuiuslibet speciei natura uocatur.

Usus quis?

Quando una aliqua argumenti propositio
est manifeste falsa, confutatio fieri potest per Inficia-
tionem.

Modus quis?

In Inficiatione primum certæ propositionis
mentio facienda est. Secundo opponi debet uera &
contraria propositio. Tertio accedunt probationes
oppositæ propositionis & confutationes prioris.
Nonnunquam cum obscura uel dubia est propositio,
postulatur probatio quædam, & hæc postulatio est
implicita negatio.

Cognata quæ?

Cum Inficiatione consentiunt fallacia falsæ
propositiæ

propositioni. Fallacia Insufficientis enumerationis,
Fallacia C. si non semper, tamen aliquando.

Regulæ Cognatæ.

Ex falso nihil nisi falsum sequitur.

Ex mendacijs nihil probatur.

Dato uno inconueniente, sequuntur multa inconuenientia.

Exempla.

I.

Fucus non decet Philosophos,

Eloquentia est fucus,

Ergo eloquentia non decet Philosophos.

Resp. Nego consequentiam, quia Minor est falsa.
Eloquentia reuera non est fucus, sed est facultas
quædam perspicue, copiose & sapienter dicendi. Ac
ita describitur ab artificibus in suo genere. Itaq; cum
ex falsis falsa sequantur, non potest ualere Consequen-
tia.

II.

Poetæ docent inutilia,

Ergo Poetæ non sunt legendi.

Resp. Nego consequentiam, quia Antecedens est
falsum. Poetæ per se docent utilia, quia tradunt hi-
storias antiquissimas, & præcepta uitæ moralia, sed
in amplificationibus aliqua libertate utuntur.

III.

M

E. omca

Homerus, Hesiodus, Vergilius, Ovidius non fuerunt lasciuus,

Ergo precipui Poetae non sunt lasciuus.

Resp. Nego consequentiam, quia Antecedens est falsum. Nam Ouidius in multis satis est lasciuus.

III.

Ioseph cum Maria in Aegypto tolerauit aliquam seruitutem in idolatria,

Ergo & nobis licet.

Resp. Nego consequentiam, quia Antecedens est falsum, & omnino probari non potest.

V.

Cometa est massa quaedam in aere incensa,

Massa in aere incensa est Stella,

Ergo Cometa est Stella.

Resp. Nego consequentiam, quia secunda propositio est falsa. Massa in aere incensa non est Stella, & ratio est, quia differunt loco. Stellae sunt superiores aere, illa uero Massa est in ipso aeris ambitu.

VI.

Si Deus curaret Creaturas, non fierent omnia casu,

Sed fiunt omnia casu,

Ergo Deus non curat Creaturas.

Resp. Nego consequentiam, quia Minor est falsa, & constanter probari non potest.

VII.

Aut

Aut virtus aut uoluptas est finis hominis,

Uoluptas est finis hominis,

Ergo uirtus non est finis hominis.

Resp. Nego consequentiam, quia Minor est falsa, et
habet opus probatione.

VIII.

Et labi potest homo & habet, quo erigatur,

Sed non potest labi,

Ergo non habet, quo erigatur.

Resp. Nego consequentiam, quia Minor est falsissi-
ma. Nihil est facilius quam labi, & humanum est er-
rare.

VI. CAPVT.

De Distinctione.

Quid est

Distinctio est partitio quedam, uel rerum,
uel uerborum in ijs, quæ uere sunt ambigua.

Vfus quis est

Quando ambiguitas quedam in propositioni-
bus concurrat, comode per distinctionem respon-
detur.

Vnde sumuntur Distin-
ctiones est

Loci Distinctionum sunt communes omnium ar-
tium Diuisiones, et eatenus in qualibet materia cuius-
libet artis collatio necessaria est.

M 2

Modus

Modus uel Explicatio qualis?

In distinctione duo præstanda sunt, scilicet, Re-
citatio distinctionis & accommodatio ad institutum.
Interdum accedunt probationes de distinctione, in-
terdum etiam de ambiguitate in argumentando pro-
hibita, de quatuor terminis & similibus.

Cognata quæ?

Cognatæ cum distinctione sunt fallacia Aequi-
uocationis, Phrasis, Amphibolia, Compositionis, Di-
uisionis, Accidentis, Secundum quid.

Regulæ Cognatæ.

Ex ambiguis nihil sequitur,
In argumentis uitanda est ambiguitas,
Ambigua nihil probant.

Exempla.

I.

Peccatores non exaudiuntur,
Christiani sunt peccatores,
Ergo Christiani non exaudiuntur.

Resp. Nego consequentiam, quæ distinguendum
est, inter Peccatores pœnitentes & impœnitentes.
Maior de impœnitentibus, Minor de pœnitentibus, et
ita sunt quatuor termini.

II.

Peccatum oritur ex uoluntate,
Ergo morbus originalis non est peccatum.

Nego

Nego consequentiam, quia distinguendum est
inter *per se* actuale & originale. Antecedens
tantum de actuali ualet, Consequens loquitur de
originali, Et eatenus mutatur respectus.

III.

Prouocatio forensis est impatientia,

Impatientia est peccatum,

Ergo prouocatio forensis est peccatum.

Resp. Nego consequentiam, quia distinguendum
est inter *per se*, & *per accidens*. Prima propositio
est uera *per Accidens*, et ualet interdum ratione per-
sonarum. Secunda *per se* ualet, ac ita quatuor ter-
mini fiunt.

VII. CAPVT.

De Instantia.

Quid?

Instantia est solutio constans obiectione con-
trariorum. Aristoteles Analyticorum priorum lib. 2.
dicit, ἐνστασις εἶναι πρότασιν πρότασι ἐναντίαν.
Apud eundem instare est contra disputare & oppo-
nentem opponendo urgere.

Species quæ?

Instantiæ tres sunt species, Citatio exempli
cuiusdam omisi, quod est dissimile, Citatio textus

et sententiæ contrariæ, magisq; authentice, Recitatio
dissimilis consequentiæ in exemplo

Usus quis?

Quando fit insufficiens commemoratio,
commodissimè per instantiam respondetur, et cate-
nus in Inductionibus locum habet. Interdum cum
superiores formæ continuo non occurrunt, ad In-
stantiæ subsidium recurritur, sed est indirecta et in-
artificialis solutio.

Modus uel Explicatio qualis?

In Instantia duo præstanda sunt, nempe, admo-
nitio de instantia, et accommodatio ad eam cuiusdam
speciei, prout species antea recitatæ sunt. Nonnun-
quam adduntur amplificationes, uel de collatione
sententiarum, uel de insufficienti enumeratione, uel de
similium simili consequentiæ.

Cognata quæ

Cognatæ aliquo modo sunt, Fallacia consequen-
tiæ, Falsæ propositionis, Insufficientis enumerationis,
Diuisionis, Causæ.

Exempla.

I.

Nec

Nec Iure Mosaico, nec Iure Romano ueteri
res suspenduntur.

Ergo iniuste suspenduntur.

Resp. Nego consequentiam, quia potest dari instan-
tia. Etiam si nec Mosaico, nec ueteri Iure Romano
suspenduntur, tamen recentioribus cōstitutionibus, &
consuetudine iustum esse cœpit. Ac eatenus est Insuffi-
ciens enumeratio in Antecedente.

II.

Pater maior me est,

Ergo Filius non est Deus æqualis Patri.

Resp. Nego consequentiam, quia alibi dicitur, Ego
& Pater unum sumus.

III.

Angelis suis mandabit de te,

Ergo tuto potes te ex turri præcipitare.

Resp. Nego consequentiam, quia alibi dicitur, Non
tentabis Dominum Deum tuum.

IIII.

Laudate Dominum in sanctis,

Ergo Abraham, Isaac, Iacob, Moses & Sa-
muel sunt inuocandi.

Resp. I. Nego consequentiam, quia potest dari instan-
tia. Alibi dicitur, Laudate Dominum in Cithara, &
tamen non sequitur inde, quod Citharæ sint inuocan-
dæ. Ergo non est sufficiens consequentia.

M 4

Respon=

2 Responderi etiam potest per fallaciam Phra-
sis, quia sententia est, Laudate Domum. propter
sanctitatem eius, & sic habet textus Ebraeus.

V.

Inuocetur nomen super illos,

Ergo Iacob fuit inuocandus à Iudæis.

Resp. 1. Nego consequentiam, quia potest dari in-
stantia. Alibi in Iesaja dicitur, Septem mulieres ap-
prehendent unum uirum & dicent, Inuocetur no-
men tuum super nos, & tamen non sequitur inde,
quod iste uir sit inuocandus.

2 Responderi etiam potest per fallaciam Phra-
sis, quia sententia est, illi denominationem à me acci-
pient, & sicut hætenus Iosephitæ, ita deinceps Israe-
litæ uocari debent, & habebunt partes in tribubus.

VIII. CAPVT

De Fallacia Consequentis uel Consequentia.

Quid?

Fallacia consequentia est deceptio constans ui-
ciosa propositionum connexionem.

Vsus quis?

Quando peccatum est contra figuras, modos
& regulas de consequentia, confutatio fieri potest
per fallaciam consequentia. Huc referri possunt illæ
obiectiones, quæ non Dialecticè sed Rhetoricè, non
peri-

Peripateticè & Socraticè proponuntur.

Vnde iudicatur:

Iudicium in hoc genere sumitur ex collatione superioris doctrinae, ubi de figuris, modis, & consequentiarum regulis docetur. Eatenus ad eruditam de hac fallacia dijudicationem, omnino opus est superiorum cognitione.

Modus quis?

Primum nominanda fallacia est, deinde monstrandum, quomodo pugnet cum regulis, alijsq; quae ad consequentiam faciunt.

Cognata quae?

Cum hoc loco confutationis cognatae formulae sunt, Reprehensio formae, Inversio, Ignoratio Elenchi, Propositio principij, Fallacia plurium propositionum.

Regulae cognatae.

In argumentationibus debet esse bona consequentia regulis consentiens.

Ex uero nihil nisi uerum sequitur, sed in bona consequentia.

Ex uiciosa connexionione nihil solidè constituitur,

Viciosa connexio nihil probat.

Viciosa connexio etiam in ueris est suspecta.

Huc pertinent Regulae Topicae & omnes aliae, quae de consequentia monent.

M §

Exema

Exempla.

I.

Pædagogia est necessaria.

Lex Mosaica est Pædagogia.

Ergo Lex Mosaica est necessaria.

Resp. Nego consequentiam, & ratio est, quia est Fallacia consequentia. Nam regula est, Ex puris particularibus nihil sequitur. Et in illo singulis rectè distributis omnes propositiones sunt Particulares.

II.

Nullum corporale est æternum,

Christi regnum non est corporale,

Ergo Christi regnum non est æternum.

Resp. Nego consequentiam, quia committitur fallacia consequentia. Regula est, Ex puris negatiuis nihil sequitur. In isto uero syllogismo omnes propositiones sunt negatiue.

III.

Homicidium est puniendum,

Furtum non est homicidium,

Ergo furtum non est puniendum.

Resp. Nego consequentiam, quia regula est, In prima figura semper debet minor affirmatiua esse, & catenus hic Syllogismus modum non habet.

IIII.

Omnis

Omnis homo est mendax,
Solus etiam est mendax,
Ergo Diabolus est homo.

Resp. Nego consequentiam, quia regula est, In
secunda figura tantum negative concluditur, & ea-
tenus hic syllogismus modum non habet.

V.

Poenitentia est necessaria,
Poenitentia non est cognitio artium,
Ergo cognitio artium non est necessaria.

Resp. Nego consequentiam, quia regula est, In
tertia figura minor debet esse affirmatiua, & cate-
nus in hoc syllogismo nullus est modus.

VI.

Cometa habet figuram stelle,
Ergo est stella.

Resp. Nego consequentiam, quia regula est, A
figura rei ad rem ipsam non ualet consequentia.

Huc referri possunt Exempla, quae supra de re-
prehensione formae recitauimus.

IX. CAPVT.

De fallacia falsae propositionis.

Quid?

Fallacia falsae propositionis est deceptio conti-
nens propositionem manifeste falsam in praemissis,
ut,

Eloquentia.

Eloquentia est fucus.
Ergo non decet Philosophos.

Usus quis?

Quando manifesta falsitas in præmissis occurrit, soluendum est per hanc fallaciam. Huc pertinent falsæ definitiones, descriptiones, diuisiones, allegationes & similia.

Modus quis?

Primum fallaciæ mentio facienda est, deinde inficiatio certæ propositionis fieri debet, postremo uero commemoranda est sententia uerior, nonnunquam sola inficiatio sufficit cæteris posthabitis.

Cognata quæ?

Cum hac formula consentit inficiatio, de qua supra. Huc pertinent etiam regulæ communes,
Ex falso nihil nisi falsum sequitur,
Falsa nihil probant,
Quod initio uiciosum est, tractu temporis non conualescit.

Exempla.

I.

Omnia delicta de iure puniuntur,
Concupiscentia non punitur de iure,
Ergo concupiscentia non est delictum.

Resp. Nego consequentiam, quia est fallacia falsæ propositionis. Maior est falsa, quia multa non puniuntur, Vt Ebrietas, uelitationes uerbales.

Historia

II.

Historia est narratio rerum incertarum,

Ergo non est ei credendum.

Resp. Nego conse: quia est fallacia falsæ propositionis. Antecedens omnino falsum est, quia historie sunt certarum rerum, quæ uel uisæ, uel certo relatæ sunt, narrationes.

III.

Iulius, Augustus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero & alij multi fuisse boni,

Ergo primi imperatores fuerunt boni.

Resp. Nego conse: quia Antecedens est falsum. Nam sicut historie tradunt, Nero qualibet bestia peior fuit. Sic Tiberius, Caligula, claudius sua quædam uicia habuerunt.

IIII.

Petrus celebravit Missam Romano more,

Ergo & nobis licitum est ita celebrare,

Resp. Nego consequentiam, quia Antecedens est falsum, & probari non potest. Martinus historicus dicit, eum celebrasse missam recita sola, & oratione Dominica.

V.

Poesis est officina mendaciorum,

Mendacia sunt fugienda,

Ergo Poesis est fugienda.

Resp. Nego conse: quia prima propositio est falsa proprie loquendo. Poesis propriissime est ars condendo.

condendorum uersuum, & interdum ^{statitur hyper-}
bolicis locutionibus & hypotyposibus.

VI.

Si est Deus, iam bonis est benè, malis malè,
Sed malis non est malè, nec bonis benè.
Ergo non est Deus.

Resp. Nego consequentiam, quia minor est falsa,
Malis est malè, quoad Deum, quoad homines, quoad
conscientiam, quoad alteram uitam. Vere bonis est
benè apud Deum, apud homines, in conscientia, in al-
tera uita.

X. CAPVT.

De fallacia insufficientis enume-
rationis.

Quid?

Fallacia insufficientis enumerationis est dece-
ptio, constans insufficiente enumeratione specierum,
partium, indiuiduorum aut similum, ut,

Augustus & Traianus sunt boni,
Ergo omnes imperatores sunt boni.

Vfus quis?

Hæc formula confutationis usurpatur in ijs, quæ
continent enumerationem quandam, sed talem, in qua
aliquid omisum est.

Modus quis?

Primum fallaciæ fit mentio, ut in alijs, deinde
fit

fit admōnitio. Quod aliquid omissum sit, et quod sit illud, ex
cessu est. Nonnunquam accedit probatio, quod omissum quoque includi debuisset.

Cognata quæ

Cognata sunt instantia, Fallacia diuisionis, Fallacia secundū Quid. Huc pertinent regulæ communes,
Ex insufficientibus non infertur quodlibet,
Ex insufficienti enumeratione non est firma connexio.

Insufficiētia nihil probant.

Exempla.

I.

Sydera, ignis, aer, aqua, terra sunt cōmunia,
Ergo omnia debent esse communia.

Resp. Nego consequentiam, quia in Antecedente est insufficientis enumeratio. Nam mittuntur res proprie, ut, aquæ nonnullæ, agri, uineæ, ædes.

II.

Humanæ traditiones aut bonæ sunt aut malæ,
Sed non sunt malæ.
Ergo sunt bonæ.

Resp. Nego consequentiam, Quia est insufficientis enumeratio in Maiore, quia addendum erat de indifferentibus.

XI. CAPVT.

De fallacia AEquivocationis.

Quid:

AEquivocatio

AEquiuocatio significat ambiguitatem in uno aliquo uocabulo. Ita fallacia æquiuocæ est deceptio constans ambiguitate medijs terminis in argumento, ut,

Mala non sunt edenda,

Poma sunt mala,

Ergo Poma non sunt edenda.

Vsus quis?

Quando medius terminus æquiuocus est, & in argumento æquiuocè usurpatur, confutatio commodissima est per fallaciam æquiuocationis.

Explicatio quomodo fit?

Nominata fallacia distinctio facienda est, post distinctionem accommodatio fieri debet pro conditione cuiuslibet propositionis. Nonnunq̃ distinctio negligitur, & proceditur directe ad accommodationem.

Cognata quæ?

Generaliter cognata est distinctio, & eatenus pro placito sumere licet. Insuper cognatæ nonnihil sunt, Fallacia phrasis, Amphibolie, Accidentis, Secundum Quid. Hic ualent regulæ generales,

In Syllogismis tantum tres debent esse termini.
In terminis non debet esse ambiguitas.

Ambigua nihil probant,

Ex ambiguis non inferuntur perspicua.

Exem-

Exempla.

I.

Nihil non condemnat,
Peccatum est nihil,
Ergo Peccatum non condemnat.

Resp. Nego consequentiam, quia est Fallacia equi-
uocationis. Distinguendum est inter nihil negatiuum
& priuatiuum, Maior de negatiuo, Minor de priua-
tiuo. Nihil negatiuum uocatur, quod omnino non
existit, ut, Visus in caeco est nihil. Nihil priuati-
uum est quiddam existens, sed cum priuatione alteri-
us, ut caecitas.

II.

τὰρ ἀρετὰρ καὶ τὰρ σοφίαν νικᾶντι χελ-
ῶναι,

Ergo testudo est melior uirtute & sapien-
tia.

Resp. Nego consequentiam, quia est equiuocatio
in uoce χελῶναι. Aliàs testudinē significat, aliàs est
Numisma Peloponnesiacum habens effigiem testudi-
nis. In antecedente uidetur de Numismate intelli-
gendum, sicut & Coelius interpretatur lib. 6. cap. 2.
Ita sententia est, opes iudicio uulgi uirtutibus & sa-
pientiae praeferruntur.

III.

Bellum est uindicta,
Vindicta est prohibita,
Ergo bellum est prohibitum.

N

Nego

Resp. Nego consequentiam, quia est quiuocatio in
uoce uindictæ. Distinguendum est in dictam
publicam & priuatam. In prima propositione de
publica dicitur, in secunda de priuata.

XII. CAPVT. De fallacia Phrasis, uel figu- ræ dictionis.

Quid :

Fallacia Phrasis est deceptio constans commix-
tione regularis & figuratæ locutionis, ut,
Tyrannus est lupus,
Ergo Tyrannus est quadrupes.

Ufus quis :

Quando Phrasis uel Figurata locutio cum re-
gulari uel simplici in uno eodemq; argumto con-
iungitur, soluendum est per fallaciam Phrasis, uel Fi-
guræ dictionis.

Modus quis :

Primum fallacie mentio nominatim facienda,
deinde interpretatio Phrasis fieri debet. Nonnun-
quam fiunt distinctiones de modis prædicationum cū
accommodatione ad quamlibet propositionem.

Cognata quæ :

Generaliter Cognata est Distinctio, & eatenus
pro placito, uel hanc uel illam ad confutationem ad-
hibere licet. Insuper Cognata aliquomodo est Falla-
cia

cia equiuoca nis. Huc pertinent regulæ commu-
nes.

In argumentationibus debet idem esse genus
prædicationis.

Ex irregulari non sequitur regulare.

Mutato genere prædicationis non ualet con-
sequentia.

In Phrasibus aliarum linguarum est alia atq[ue]
alia consuetudo.

Exempla.

I.

Dona Dei sunt sine pœnitentia,

Iustificatio est donum Dei,

Ergo iustificatio est sine pœnitentia.

Resp. I. Nego consequentiam, quia est fallacia Phra-
sis. In dicto Maioris Phrasis est, & sententia est, Do-
na Dei sunt immutabilia, & Deum non pœnitent do-
norum suorum. Ita conceditur totum.

2 Distinguendum inter pœnitentiam Dei &
hominum, Maior de pœnitentia Dei, & ita concedi-
tur totum.

II.

Oculi Domini super iustos,

Ergo Dominus habet oculos.

Resp. Nego consequentiam, quia est fallacia Phra-
sis. In isto dicto Psalmi oculi ponuntur pro be-
nevolentia & sententia est, Deus est beneuolus iustis.

Præterea distingui potest inter oculos ^{hæci} & homi-
num, inter oculos corporis & beneuo-

III.

Omnis homo est animal,

Omne animal fuit in arca Noah,

Ergo omnis homo fuit in arca Noah.

Resp. Nego consequentiam, quia est fallacia figure
dictionis in uocabulo omnis. In prima proposi-
tione regulariter usurpatur. In secunda uero figu-
ratè per restrictionem & sententia est, cuiuslibet
animalis par unum fuit in Arca.

XIII. CAPVT. De Fallacia Amphibo- liæ.

Quid?

Amphibolia est ambiguitas in sententia, ubi tu
dubitas utrum sumas potissimum, ut cum dicitur, Li-
ber Aristotelis, potest intelligi cum de Possessione,
tum de Compositione.

Fallacia Amphiboliæ est deceptio subsumens
ex ambigua sententia, non pro re, sed pro placi-
to, ut,

Oraculum iubet singulis annis sacrificare $\phi\omega\tau\alpha$,
Ergo homo mactandus est.

Vfus quis?

Quando ex ambigua sententia id, quod libet
sine

sine discrimi-
laciari-
assumitur, commodissime per hanc fallaciam
deri potest.

Modus Solutionis

quis?

Primum nominatim fit mentio fallacie. De-
inde interpretatio facienda est de uera sententia, &
ea, quantum fieri potest, probanda. Nonnunquam di-
stinctiones accedunt de ambiguis & simplicibus.

Cognata quæ?

Cognata sunt, Inuersio, Distinctio, Acquiocac-
tio, Phrasis. Huc pertinent regulæ generales

In argumentationibus debet esse perspicuitas
sine ambiguitate.

Ex am-
guis non infertur quodlibet.

Ambigua secundum genuinum sensum intelli-
genda sunt.

In ambiguis est spectanda uoluntas auctoris.

In obscuris inspici solet, utrum uerisimilius.

In obscuris minimum est sequendum.

Exempla.

I. Aristote:

Quoscunq; uellem me apprehendere, uellem ut
me apprehenderent,

Hostes uellem me apprehendere,

Ergo uellem ut hostes me apprehenderent.

Resp. Nego consequentiam, quia est fallacia amphi-
bolie

N 3

bolie

bolie in Maiore, quæ potest duobus modis intelligi,
uel de quibus uellem, ut me apprehenderem, uel de
quibus uellem, ut ego eos apprehenderem.

II.

Aio te AEacida Romanos uincere posse,
Ergo ego Pyrrhus sum uicturus Roma-
nos.

Resp. Nego consequentiam, quia est fallacia Am-
phibolia. Antecedens continet ambiguan sententi-
am, & potest utroq; modo intelligi, uel tu potes eos
uincere, uel ipsi te, & tamen oraculi sententia fuit,
Romanos uicturos Pyrrhum.

III.

Grammaticæ peritus scit literas,
Qui scit literas nunc didicit illas,
Ergo Grammaticæ peritus nunc didicit il-
las.

Resp. Nego consequentiam, quia in secunda pro-
positione est ambiguitas sententiæ, propter incerti-
tudinem ordinationis in uoce, Nunc.

XIIII. CAPVT.
De Fallacia Compositio-
nis.

Quid?

Fallacia Compositionis est deceptio constans
copulatione Coniunctorum & Diuisorum, idq; uel
in uo-

in uocibus, *in sensu*. Ac concurrunt unâ Compositio
et Diuisio, sed tamen Aristoteles in Sophisticis
Elenchis sola Compositionis utitur appellatione.

Ufus quis?

Quando in uno eodemq; argumento temeraria
fit commixtio Coniunctorum & Diuisorum,
commode per hanc fallaciam responderi potest.

Explicatio quomodo fit?

Primo monendum est, quod alibi Compositio,
alibi Diuisio fiat. Secundo, si uicium est in uocibus,
recitanda est sententia, quæ regulariter subsumi de-
bebat. Si uicium est in sensu, concedi potest, seruato
sensu conueniente.

Cognata quæ?

Cognatæ sunt, Concessio, Distinctio, Fallacia
Æquiuationis, Amphibolia, Consequentia. Huc
referendæ sunt regulæ.

A Coniuncta ad Diuisa non semper est connexio
firma.

Eadem oratio Composita & Diuisa non idem
ualet.

Ex mutata sententia nihil sequitur.

Mutato respectu non est connexio firma.

In mala subsumptione nihil sequitur.

Exempla.

I.

Duo & tria sunt quinque,
Duo & tria sunt paria & imparia,
Ergo paria & imparia sunt quinque.

Resp. i. Nego consequentiam, quia est fallacia compositionis & diuisionis. Maior ualet coniunctim, uel in sensu composito, uel de duobus & tribus compositis. Minor diuisim, uel in sensu diuiso, uel de duobus & tribus diuisis.

2 Potest etiam concedi seruato sensu composito, scilicet, si quedam paria & imparia componuntur, quia tunc fiunt quinque.

II.

Corpus & anima rationalis faciunt hominem,

In leone est corpus,

Ergo in leone sunt facientia hominem.

Resp. Nego consequentiam, quia Maior est composita in uocibus, Minor uero diuisa.

III.

Contritio & fides faciunt poenitentiam,

In Alexandro est uera contritio,

Ergo est in eo uera poenitentia.

Resp. Nego consequentiam, quia Maior est composita in uocibus, Minor uero diuisa.

III. Velle

IIII.

Vnolle est intelligentis nature,
Coelum non uult,
Ergo est intelligentis nature.

Res. Nego consequentiam, quia maior est composita in uocibus, Minor uero diuisa, quia sic debebat subsumi, coelum est uolens & non uolens, sed ita fieret propositio falsa.

XV. CAPVT.

De fallacia diuisionis.

Quid?

Fallacia diuisionis est deceptio constans copulatione diuisorum & coniuictorum. Ac una concurrunt diuisio & compositio, sed Aristoteles sola diuisionis appellatione contentus fuit, ut,

Aethiops est albus dentes & niger oculos,
Ergo est albus & niger.

Ufus quis?

Quando in uno, eodemque argumento diuisa & coniuicta commiscantur, confutatio fieri per hanc fallaciam potest. Huc referri solent etiam falsae citationes uel allegationes, quando uidelicet textus mutilate citatur.

Explicatio quomodo fit?

Primo monendum, quod alibi diuisio, alibi compositio fiat. Secundo si uicium est in uocibus, commemoranda est sententia, quae magis conuenit. Si uero

N 5

in sensu.

in sensu, concessione licitum est uti, mutato uidelicet sensu conueniente.

Cognata quæ:

Cognata sunt, Concessio, Distinctio, Aequiuocationis & Consequentia. Ex regulis hæ præcipuæ hic dominantur.

A diuisis ad coniuñcta non semper est connexio firma,

Eadem oratio diuisa & coniuñcta non idem ualet.

Mutato respectu mutatur consequentia.

Exempla.

I.

Duo & tria sunt paria & imparia,

Duo & tria sunt quinque;

Ergo quinque sunt paria & imparia.

Resp. Nego consequentiam, Quia est fallacia Diuisionis & compositionis. Maior ualet diuisim, uel de sensu diuiso, uel de duobus & tribus diuisis. Minor coniuñctim, uel de sensu composito, uel de duobus & tribus compositis. Insuper etiam concedi potest totum argumentum, si conclusio diuisim intelligatur.

II.

Externa disciplina in persona renata placet Deo,

Ergo ubicunq; est externa disciplina, ibi placet Deo.

Resp. Nego consequentiam, quia in Antecedente est addita limitatio, & ea in consequente omittitur.

Coelum

III.

...um mouetur circulariter & non mouetur deorsum.

Ergo mouetur & non mouetur.

Resp. Nego consequentiam, quia in Antecedente est sensus diuisus, in Consequente uero compositus. Potest tamen concedi seruato eodem respectu, id est, diuisim intelligendo.

III.

Ex oraculo.

Hostes suauiter ingredientur terram tuam,

Ergo hostium impetus non hostilis, sed suauis futurus est.

Resp. Nego consequentiam, Quia in Antecedente sunt diu & coniunctæ uoces. In consequente uero est compositio facta. Sic debebat subsumi, Ergo hostiū impetus uiolentus & ter futurus est.

V.

Sine ipso factum est nihil,

Ergo etiam peccatum sine ipso non fit.

Resp. Nego consequentiam, Quia est fallacia diuisionis, In textu additum est, Quod factum est.

XVI. CAPVT.

De fallacia Accidentis.

Quid?

Fallacia accidentis est deceptio constans conpulatione propositionum per se & per Accidens, ut,
Operans

Operans iram Dei non est docendum,

Lex Mosaica operatur iram,

Ergo Lex Mosaica non est docenda.

Vsus quis?

Quando in uno eodemq; argumento, coniunguntur propositiones per se cum propositionibus per Accidens, respondendum est per fallaciam Accidentis.

Explicatio quomodo fit?

Primo monendum est, quod committatur Fallacia accidentis. Deinde distinctio recitanda per se et per Accidens. Postremo accommodatio fieri debet pro conditione propositionum. Nonnunquam reliquis omisis, recta ad accommodationem proceditur.

Cognata quæ?

Cognata formæ sunt. Distinctio, Fallacia æquivocationis, phrasis. Huc pertinent regulæ.

A per se ad per Accidens & contra, non valet consequentia,

A substantia ad Qualitatem & econtra, non valet consequentia.

A confusione rerum diuersarum non valet consequentia.

Quod inest rei, non statim inest accidenti. Effectus alio modo ad causam per se, alio modo ad causam per accidens refertur.

Exem=

Exemplar

I.

Sapientia carnis mors est,
Philosophia est sapientia carnis,
Ergo Philosophia est mors.

Ref. Nego consequentiã, quia est fallacia Acci-
dentis. Distinguendum est inter per se & per Acci-
dens. Maior est uera per accidens, minor per se. Ma-
ioris sententia est quod humana ratio in rebus diuinis
nihil ualeat & nihil aliud quam seducat homines:
Ita totum conceditur.

II.

Externa disciplina est peccatũ coram Deo,
Ergo non est præstanda.

Ref. Nego consequentiã quia antecedens est ue-
rum per accidens, scilicet, ratione personæ in qua
est.

III.

Ex malis moribus ortæ sunt leges,
Leges sunt dignæ laude,
Ergo mali mores sunt digni laude.

Ref. Nego consequentiã, Quia est fallacia Acci-
dentis, Prima propositio tantum per accidens ualet,
Secunda per se. Præterea conclusio non rectè subsu-
mitur, quia sic debebat. Ergo ex malis moribus quæ-
dam laude digna orta sunt.

IIII.

Si mæ

Si magistratus magis est oneri q̄ honori,
non est gerendus,

Sed est magis oneri quam honori,

Ergo non est gerendus.

Resp. Nego consequentiam, quia maior per se pro-
cedit, minor uero per Accidens.

XVII. CAPVT. De fallacia secundum Quid.

Quid?

Fallacia secundum Quid est deceptio constans
copulatione particularium & uniuersalium, subsu-
mens ex particulari uel uniuersale uel non distribu-
tum, ut,

In natura sunt multa inordinata,

Ergo tota natura est inordinata,

Vsus quis?

Quando ex particulari præmissa infertur con-
clusio siue consequens uniuersale, uel diuersum a sen-
tentia præmissæ, utendum est confutatione per hanc
fallaciam.

Explicatio quæ?

Nominata fallacia, collatio facienda est propo-
sitionum ac monstrandum quod alia sit particularis,
uel non distributa, alia uero uniuersalis, uel extra
sententiam præmissæ.

Cognata

Cognata quæ?

Cognatæ formulæ sunt Distinctio, fallacia consequentiæ, insufficientis enumeratio. Nonnunquam per Concessionem respondetur, si ad unam certam speciem inclinet. Huc accedunt regulæ,

Ex puris particularibus nihil sequitur.

Ex particulari non sequitur uniuersale.

A non distributo ad distributum uel econtra, non ualet consequentia.

A dicto secundum Quid ad dictum secundum simpliciter non ualet consequentia.

In conclusione non debet esse plus uel aliud, quam fuit in præmissis.

Exempla

I.

Sensus non falluntur,

Sensus iudicant solem esse bipedalem,

Ergo iudicantes solem esse bipedalem non falluntur.

Resp. Nego consequentiam, quia est fallacia secundum. Quid Minor est uera de obiectis positus in debita distantia, de cæteris uero falsa.

II.

Christiani sunt spirituales,

Spirituales non habent opus lege,

Ergo Christiani non habent opus lege.

Resp.

Res. Nego consequentiam, quia prima propositio dicit de ijs, qui sunt spirituales secundum Quid. Secunda uero de spiritualibus secundum simpliciter intelligenda est.

III.

Si æqualitas requiritur, non possunt esse gradus,

Sed requiritur æqualitas,

Ergo non possunt esse gradus.

Res. Nego consequentiam, Quia est fallacia secundum Quid, uel etiam æquiuationis, Maior loquitur de æqualitate Arithmetica. Minor de Geometrica.

XVIII. CAPVT.

De fallacia Cause.

Quid est

Fallacia Cause est deceptio constans copulatione causarum & effectuum non satis conuenientium, ut,

Turca habet magnum exercitum,

Ergo uincet.

Usus quis est

Quando ex Causa insufficiente infertur effectus aliquis tanquam proprius & necessarius, confutatio fieri potest per fallaciam cause.

Modus solutionis quis est

Nominata

Nomin. Fallacia collatio facienda est pro-
positi & monstrandum, quod illud non sit suffi-
ciens causa huius. Secundo opponi debet commemo-
ratio ueræ & sufficientis causæ. Nonnunq̄ alterum
omittitur, nonnunq̄ utimur distinctione, ut aliud est
loqui de requisito, aliud de causa.

Cognata quæ

Cognatæ formulæ sunt Reprehensio formæ,
Distinctio, Fallacia insufficientis enumerationis. Non-
nunq̄ etiam Inuersio fieri potest. Hic locum habent
regulæ.

A non causa ut causa non ualet consequen-
tia.

A causa remota uel aliena non ualet conse-
quencia.

A non sufficiente causa non sequitur quili-
bet effectus.

A causa per Accidens non sequitur effectus
per se.

A signis non necessarijs non infertur res
signata.

Exempla.

I.

Euangelium habet auctoritatem ab Eccle-
sia,

Ergo Ecclesia habet auctoritatem maio-
rem.

○

Resp. Ne

Resp. Nego consequentiam, quia fallacia cau-
se. Antecedens ualet tantum minus p[er] aliter.
Præterea est Fallacia secundum Quid, Quia Antece-
dens ualet quoad libros authenticos uel Apocry-
phos, non quoad genus doctrinae.

II.

Noticia legis nascitur nobiscum,
Ergo homo nascitur iustus.

Resp. Nego consequentiam, Quia est Fallacia
causæ. Sola noticia legis non est causa iusticiæ, sed
ad iusticiam requiruntur, Mens, uoluntas, cor & om-
nium uirium obedientia.

XIX. CAPVT.

De petitione principij.

Quid?

Petere principium Aristoteli est repetere, quod
antea dictum erat. Itaq; principij petitio est dece-
ptio constans Tautologica quadam Antecedentis
& consequentis copulatione, ut,

Atramentum non ualet,

Ergo atramentum non est bonum.

Vfus quis?

Quando incerta incertis probantur, uel idem
ijsdem, aut synonymis uerbis dicitur, respondendum
est committi Fallaciam petitionis principij.

Modus

Modus quis ?

fit admonitio de petitione principij,
deinde additur accommodatio uel probatio, quod &
quomodo sit petitio principij.

Cognata quæ ?

Cum hac formula conueniunt, Inficiatio, Repre-
hensio formæ, Fallacia consequentiæ, Fallacia causæ,
Ignoratio Elenchi. Cognatæ sunt etiam hæ regulæ.

Antecedens debet probabilem causam con-
sequentiæ habere.

Idem per idem non probatur.

Exempla.

I.

Philosophia est mala,
Ergo est uitanda.

Resp. Nego consequentiam, Quia est Fallacia
petitionis principij, Malum esse & uitandum esse
sunt synonymiæ, ac eatenus Antecedens ipsum habet
opus probatione,

II.

Cælum est ex corruptibili materia,
Ergo cælum est corruptibile.

Resp. Nego consequentiam, Quia est petitio
principij. Esse corruptibile & esse ex corruptibili
materia sunt Synonyma, et eatenus antecedens habet
opus probatione.

XX. CAPVT
De Fallacia plurium pro-
sitionum.

Quid?

Fallacia plurium propositionum est deceptio constans coaceruatione plurium propositionum extra Dialecticam consuetudinem.

Vsus quis?

Hac formula solutionis utimur, quando multae uariaeque propositiones sine ullo ordine Dialectico coaceruantur.

Modus quis?

Primum monendum est de ipsa Fallacia, deinde accommodatio fieri potest, quomodo sint plures propositiones.

Cognata quae?

Cognatae formulae sunt Reprehensio formae, Fallacia consequentiae, Ignoratio Elenchi. Huc pertinent regulae generales.

In argumentationibus debet esse simplex contextus.

Multae propositiones multas conclusiones efficiunt.

Digredi a proposita materia ad uicinam, unde plus argumentorum sumi potest, est ex parte Sophisticum. Aristote. 2. Topicorum.

Exempla.

Iudicia

I.

ant plena Sophismatum, quia subinde
queruntur nouæ argutiæ. Causidici quærent laudem
sapientiæ & Eloquentiæ. Iudices sæpè affectibus in=
dulgent. Præterea sunt multæ prorogationes & di=
lationes sententiarum, idq; pecuniæ causa. Postremo
iudices ipsi sunt sæpè indoctissimi.

Ergo iudicia non sunt probanda.

Resp. Nego consequentiam, Quia est Fallacia
plurium propositionum. In antecedente multa copu=
lantur extra consuetudinem Dialecticam.

II.

Deus præuidit raptum Helene, quia nihil eius
sapienciam latet. Ipse multo ante præuidet rem,
quam fiat. ^Usus præuisio non est temeraria, quia si
non esset futurum, non præuideret. Sicut præuidet,
ita sunt res.

Ergo raptus Helene est necessarius,

Resp. Nego consequentiam, quia est Fallacia plu=
rium propositionum.

XXI. CAPVT.

De Ignoracione Elenchi.

Quid ?

Ignoratio Elenchi est deceptio constans coa=
ceruatione materiæ, quæ uel non pugnant, uel in
disputationem institutam non cadunt.

Usus quis?

Hec formula usurpanda est, quando prima
uel non contraria adferuntur. Huc pertinent conten-
tiones, calumnie & similes ineptiæ, quæ sæpe fiunt.

Modus quis?

Primum Fallacia nominatur sicut in alijs, deinde
collatio facienda est obiectionis & materiæ ad dispu-
tationem susceptæ.

Cognata quæ?

Cum hoc loco congruunt, Reprehensio formæ,
Concessio, Fallacia consequentiæ. Præterea cōgruunt
illæ quoq; regulæ.

In disputationibus uere pugnantia adferen-
da sunt.

Ad inconuenientia nemo obligatur.

De quodlibeticis nemo tenetur respondere.

Aliena a scopo non sunt disceptanda.

Exempla.

I.

Vos non estis Theologi,

Ergo non debetis de Theologicis disputare.

Resp. Nego. Consequentiam, quia est ignoratio
Elenchi. Disputandum est de materialibus, non de
formalibus. Præterea sciendum est, omnes homines
uocatione Theologos esse, etiamsi non sint profes-
sione tales.

II.

Peccatum

Per illud est quiddam factum contra legem Dei,
ergo offendit Deum.

Resp. Nego consequentiam, quia est Ignoratio
Elenchi, & facit argumentum non contra nos, sed
pro nobis.

Errata aliter legenda.

- B 1. Facie 2. l. 4. generales.
B 6. Fa. 1. l. 16. Et si queratur, quid sit
homo, respondendum &c.
B 6. Facie 2. l. 10. dictum est.
C 1. Fa. 1. l. 18. In una eademq; persona
C 3. Fa. 1. l. 12. Vnius, pro uiuis.
D 3. Fa. 2. l. 4. Pertinet.
D 4. Fa. 1. l. 20. Vestitura.
D 6. Fa. 2. l. 18. Lux & tenebrae.
D 7. Fa. 1. l. 1. Natura, pro materia.
Ibidem. l. 5. Aliquid, pro aliud.
F 4. Fa. 2. l. 9. Temporalis.
F 6. Fa. 1. l. 16. & 17. legendum, Vera noticia.
G 1. Fa. 1. l. 13. leg. XVI.
G 8. Fa. 2. post 6 argumentum, addendum est,
Non ualet, quia in isto Modo Maior debet
conuertibiliter coherere.
H. 5. Fa. 2. l. 16. legen: Exemplum
Inuentionis.
H. 6. Fa. 2. l. 3. legen: Synonyma
K 2. Fa. 1. l. 7. legen: Politia.
K 3. Fa. 2. l. 16 leg: Macedonianum.

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the texture and color of the aged paper.



1	2	3	4	5	6	7	8	9
2	4	6	8	10	12	14	16	18
3	6	9	12	15	18	21	24	27
4	8	12	16	20	24	28	32	36
5	10	15	20	25	30	35	40	45
6	12	18	24	30	36	42	48	54
7	14	21	28	35	42	49	56	63
8	16	24	32	40	48	56	64	72
9	18	27	36	45	54	63	72	81

40 30

1/12

Rom Fittam sodi. Cato.

AB 40

X 1978765

30
1/12





M. d. 17

**COMPEN-
DIUM DIALECTICES
PRAECIPVA RVDIMEN-
TA CONTINENS,**

AVTORE

Godefranco Pratorio.

MAGDEBURGAE

Excudebat Michael Lottherus,

Anno 1555. Mense Aprili.

*Nota non peccandum contra
has leges Aristotelis
κατὰ πάντας κατ' αὐτό, κατ'
ἀλλὰ τοὺς σοφούς
Brunsviger*

1555

